Signum bone mentis est fidere, Solent qui multa mentiuntur
nichil credere et qui nichil omnia fere eis attendit, ut qualem
quisque se novit, tales alios opinetur, in opinionem forte aliud
emerserit, quod mutare sententiam cogat, quod nostra etate quo-
tidianum adeo est ut psalmiste in excessu suo dictum, omnis
homo mendax, nunquam alias tam certum tamque compertum fuit,
interque tot mendaces, quod paucis vera loquentibus credi
possit sub difficilis coniectura, sic fecisti in gemme qui a-
mico fidem habueris non fallenti, Nempe si indignis malis
exhaustus sum, ut dignis iam vacuus, et in annis inve-
mar dicerem sed sic est et ferendum quia mutari nequit, ut
enim re intellego, nichilo melior yconomicus quam politicus sum
omnia, hec unius solitudinis ac literarum amor abstulit, nec de-
mum tempus mutandi habitum spes est, nam et si semper aliquid
in dies discere moliar, artem tamen prorsus in cognitam
aggredi serum est· Erat ergo res familiaris ut libet, sive ut potest,
modo ergo integer licet nudus evadam, peregre rediens a-
naxagoras desertas conspiciens possessionesque suas, nichil
dampno motus, non inquit salvus ego, nisi iste perissent
philosophice pariter magnifice, quid autem refert quia ipse seu
quia procul sim, dum mea diripiuntur ac pereunt, ymmo quid
nec sat biantes more, me loquutum fateor, mea enim nec
diripi possunt, nec perire, sed mea dixi que fortune sunt,
volui potius errorem in loquendo, quia meum certe iudicium
sequutus, vulgare sermonis malum quid in qua refert dum
hec pereunt, ubi nam sim, si intra ipsum thalamum me illum
sit· ab omni aut custodia rerum perituarum perpetuo, quam

Trans indiam extremamque thoprobanem habitarem hanc
occasionem nacti qui dicuntur servi, cum sint hostes as-
perrimi et suis ipsi fraudibus, et facilitate mea ab ipsi
impie ac nepharie eo me, non senectem redegere ut ex-
rectus periculum meum videns, michil enim iam relinquerat,
preter corpus et libros, in quos avidi possent, ac famelici
senire carnifices, dum illos fugio, nullas latebras, nullas
angustias recusarem, cum latis enim tam remotis, in edibus
habitanti, vel familiare discrimen. de quo dixi aderat. vel
si illos curerem, erat in eo statu solitudo ipsa discrimen. Si
quidem paucitatibusque ampla, solitudo est. ad angustam si tras-
eat turba erit, Sic hospitium et magna ex parte vite mee
ad tempus, mutare coactus sum non sine tamen convenientium quorundam
incommodo, Nam cum eo usque progressus esset, illorum furor
avaritie simul et rabie actus in vidie, ut me cora neque
vultu meo neque minis aut precibus inflecti, sese gladiis usque
ad mortem confoderent, Victa demum patientia abduxi
illos a me, Vtor enim verbo patris, quod ego illis vere pre-
fueram, quamquam illi non michi filii sed insidiatores essent, ac
sicarii furesque domestici et nunc habeant sane sibi fructum
scelerum suorum, Nempe non sopitum modo sed insensibilem
me rati, eoque super pecunia crassandi licentiam promittentes, et
furtorum prodi michil super ex omni nequicia sua preter fluxum
gule negotium ac libidinis, quesiuere itaque bene habet
ni fallor, esurientiam enim fausti deposito, submissi ac de-
iecti reditum orant, quem si impetrent plane omnis preterite
futureque perfidie veniam licentiamque percipiant, ego aut
non modo dampnis iniuriis fastidiis pinar ut soleo, sed solatio
etiam puer inutilium querolarum, multo quippe facilius in-
ducar quibuslibet hostibus, me dedere, quam his quorum ipse
segnitie semitiamque cogar confere. Nam ut te ledat host-
ilis et vulgata calamitas, ut hostem tuum ipse nutrias, ea
vero singularis quedam, et extrema miseria est et quid queso
nunc cogitas amice, qua libenter, hoc furum genus, satira
pungerem immortali, nisi quod et sepe alias et hoc satis multa
de vilissimis pessimisque furciferis et indignis, quam calamum
melioribus destinatum, diutius occupet dicta sunt, illud aut,
quod ex hac arte semper hactenus laudata, nunc nescio cur in-
fami, me ad patriam tuam saluberrimasque alpium radices auxilio
cautius ac sollicitius vocas fideliter quidem facis, ut soles, utque
in ipsa patria mistam splendidior, sole meridiano qualis sit animi

Michi tuus illuxerit. Sed vide oro quale sit ut homo litter in
doctus doctorum tamen hoim libris ab infantia delectatus
Iam provector, mortem aut fugere cogitat aut differre. Nempe
iam pridem et nobis et omnib; qui sunt quiq; post veniant,
constituti sunt termini, qui ut preteriri non poterunt, sic et
cum preteruerit reparari. et anteq; peruenerant preuideri nequeant,
neue uiris hoc solis persuasum esse aut sacris tm modo litteris
scriptum putes, audi quid secularium licarum, et rone facundie
p'mi duces dicunt, alter enim moriendum inquit certe est. et id
incertum an hoc ipso die nec est aliquis tam stultus, quamuis
sit adolescens, cui sit exploratum se usq; ad vesperam esse vic
turum, alter ait Stat sua cuiq; dies, breue et irreparabile
tempus omnib; est vite, possem multos veri huius auctores in
mediu adducere, Sed nota res est, neq; egens testiu, ad hec
vero nus sed auctas testib; fidem querit quid h igitur sciens
agam, nisi ut expectem sero progrediatur, vel lentus certe,
uel intrepidus, lentum enim mori nimis alta felicitas, et tre
pidum vero nimia fragilitas est, in pterituum inter terribilia,
que videntur stare imotisq; mortem oclis spectare id me
diu quid. et profecto verum viri opus fuga autem mortis tu
in Iuuene stulta sit in sene ridicula, tn in cuctis inefficax ee
deprehenditur Siue enim nos ad mortem imus ut quibusda pla
cet siue illa ad nos venit ut aliis visum est, fieri pt crebro
q; fit ut in illam dum fugimus, incidamus ptea qui no semp
sed per raro, vel que vel tibi creditur mors est, quin sepe
alia Sepe alibi, maiorq; pars hom, et alio loco, et alio
quem timebant gne mortis absumitur, et verissime ait flac
cus quod improuisa leti uis rapuit, rapietq; gementes
ut ego pestem fugiam, que hactenus urbem hanc tenuit,
potius quam inuasit, quot sunt alia quam diuersa mortis spe
cula, quib; assequitur fugientes, et quorum forte plurimis
subductum pm, caput obtio, hic ferrum metues nausea
gio periit, ille procellam dum vitat equoream hosti iugu
lum dedit, in littore illum prelio, fugientem equi lapsus
illi sit, hunc parcentem laborib; sopor et requies oppressere,
vides ut allexander macedo pugnando inuictus, bibendo
vincitur, Magnus pompeius thesalie superstes. a se data
incidit in egiptum tutiorq; illi hostilis acies fuit, qua clientis
domus Iulius Cesar hesternorum victor hostiu, a domesticis
circumuentus est, augustum flunia metuentem, morbus at senium
resoluit, et domicianum funeris abstinentem in venerunt gladii

Et cessentem a gladiis claudium boletus, sed meditatus extinxit.
affricanus Junior, quem nulla acies nullus hostis confecere-
rat, non numantia non cartago mortem reperit, in iugali
cubiculo quod magno illi hectorum regi, troieque victori
atque eversori, tanto prius acciderat, sed quo pergo, quid
in premeditate morientium exempla coacervo, cum potius in
contrario laborandum sit, et exemplorum non copia, sed raritas
acervanda, Quotiens enim cuique mortalium, ut opinatum
est moritur et non ut dictum est, tempore autem loco aut ipso
mortis in genere fallitur, et interdum falsi fuga est in verum
impulit discrimine, unius fuga periculi, alterius causa est
multos mali metus in malum trusit, iuxta illud propheticum
ysaie, qui fugerit inquit a voce formidinis, cadet in fovea,
et qui se expliciunt de fovea, tenebitur a laqueo ut certissima
quid, certum omni mors sit, tam illam incertissima, omnia, nichil
quam tam ambiguum sit, quam quod fieri non posse non ambigitur,
quenam vero licet cura est, quando ubi seu quibus peream
instrumentis an sit ignis, an laqueus, an febris, an gladius,
an sudes an lapides, an sitis, an equor, an flumina, an ve-
nenum, non dico itidem an fames, an crapula, an honestus
labor an turpis inhercia, tamen inter hec plangitur refert, sed
dum cesset culpe virus, conscientie vulnus, febris affectuum
solentior timor, livor infamie, per se ipsa omnis mors, una
atque eadem est, illa quidem evitabilis nulli equaliter omnibus
impendens, et opulento regi, et inopi agricole et decrepito
seni, et prevalido iuveni, et florido adolescenti, et tenero
puericie et lactee cunis, infantie moriendum omnibus, atque omnia
in hoc uno paria, cum in reliquis, tam multa sint varia, nullum
privilegium etatis, nullum loci, nullum dignitatis aut glorie,
mortem ipsam intueamur, quid metuis adventicia mori-
turum, ac mortale animal quid trepidas, quid extra circumsunt,
apud veros extimatores, verus apparatus exterior, nichil
ad rem, res nuda, Si verum rei precium queritur extimanda est,
Si mors igitur una est, si statutus unus locus prefixus, que
nascentibus mortis dies, quid de locis atque temporibus angimur[2],
de utrisque iam cautum, Si audirem dicentem nobis Jere-
miam, Quicumque manserit in civitate hac morietur
gladio et fame et peste. Qui autem profugerit ad chaldeos
vivet, et erit anima eius sospes, non dubitarem ad chaldeos
usque profugere, Contra autem si moyses deo iubente loqueretur[2],
et diceret cavete ne ascendatis in montes, nec tangatis fines

Illius, omnis qui tetigerit montem, morte morietur, auderem
te hortari ut quam primum e monte descenderes, nunc venturo
audio sed mulierem illam thecuitem dicentem, david regi, om-
nes morimur et quasi aque dilabimur in terram, quod cum ita sit
nulla nec exceptio sit ulla, quid nisi laborem irritum et pe-
iorem morte, mortis metu fuga contulit, velox quidem mors,
sed velocior mors est, fortuna honestius, inveniemur stantes
quam profugi preveniemur, Expectemus ergo equis menti-
bus in terra, quid de nobis statuit celum ne velint avicule visco
seu laqueo implicite, volitando nitendo quam amplius implicentur,
Nam quod te perpetuum comitem lateri meo spondes, et hic cursus
amantissime, facis ac ingenio iure tuo professionis tue et a-
micitie quam mee, verum hercle medicine ars et si saluti prosuade
morbisque minoribus aliquid conferat, tamen nisi ad extrema per-
ventum est, illico illico metu subsistit, hinc illa medicorum
fuga, desperatioque de rebus egrotancium, hinc vel iustitie
vel imbecillitatis inditium, quo monemur medico illi soli fi-
dere, qui egros suos non deserit in extremis, de quo scriptum
est, si ambulavero in medio umbre mortis non timebo mala
quoniam tu mecum es, O potentem medicum qui mortis umbram
discutit, solo sue sacre presentie cuique tam quo fuit, tamen aliquid
non sunt qui verbis curat, et non herbis neque curat modo
sed suscitat, non enim illorum unus, de quibus scribitur nequid
mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabunt de terra me-
dicina, hanc in usus hominum sibique reservavit increatam, et
divine sue sibi creaturam qua et quatriduanum fetentem ab in-
feris suscitaret et humanum genus ab eterna morte servaret,
amicitiam sane ingens vite mortisque solatium non nego atque
id absens presens quam non respuo, sed amplector et licet placens
aliquando tamen dulcius te ut amico fruor quam ut medico, proinde non
tam periculo meo quam desiderio tuo consulens neque tam medicum
cogitans quam amicum cupidissime nunc vocanti obsequerer,
nisi et corporeo et aliis impedimentis mille retraherer, et veni-
rem te visurus, tuamque solitudinem michi semper optatam
laudatamque preponerem, vite non mortem fugiturus, memor
ut nuper et olim, quod est apud poetam, aereas alpes et no-
rica castella, pestis sena corripuit, alioquin si morti impervie
alpes essent crede michi ut est vite cupiditas innata mor-
talibus, multo et tu angustius habitares et nos latius, Vale
Mediolani viii kalendas novembris Ad petrum pictaviensem priore
sancti Eligii parisius Epistola tredecima ;..

Rno altō dnm ad serenissīm / omniq3 mitissimū francoz
regem / legatone fungerer / tanto licz impar munu /
4 colloquioq3 tuo tuug tuug in saciabilis sim cottidie re-
trearer / eo audiuis quo diutinorem eius penuria passꝰ /
ex te didici / regem ipm pmogenitūq3 eius illustrem noz
manoz ducem / ardentissimi spiritꝰ adolescentem / in verbis
q3 coram eis habueram / Super eo maxime q de fortuna m̄
mentio incidisset fuisse pmotos / quod ego ipe dum loquerer /
ex vehementi illorum intentione notauerim sic erectos / et ī
me ambos oculis q3 fixos / ad fortune nomē vidi / mirantur enim
vt intelligo / et qui quibusdā magnis monstris attoniti sunt /
super hac tanta varietate fortune / que tum sepe parua et
magna / nunc maxx maria rerum sic afflixerit / vt regno fe-
licissimo / et multa olim in inuidia laboranti / nunc miserario dicet²
super quo tibi respondi debere / neiem admirari / qm seu for-
tuna / seu alius fuisset regni largitor licitū S / non tm qd de-
disset retrahere / sed auferre / habendam tamen spem in illo
per quem reges regnant / qui suos non interimit / sed castigat /
et pro qualitate meritum egritudinum sepe fortassis amarius /
nunquā vero nisi pie ac salubriter nobis ederet / ceterū orta
hic occasio / regio erat adolescenti / vt die festo / quo tu colle-
gis meis in ciuitatis ad conuiuiū regis eram / tu ipe tū quibusdā
clarissimus vtrius atq3 doctissimus / ad hoc opus electus / me
post prandij fine verbis aggrederemini ut de hac ipa fortuna
dicerem quid sentirem / quod tum michi in sera iam nocte
nunciatum esse / per hominem fame auxit sollicitudinisq3 mee / q3
uis indispositꝰ ad hanc rem et longe aliis implicitꝰ / quia tn
nouis erat / cui facile posset obstari / nec improuisa nec sbita
re turbarer / recollegi cum / quantum tum tot curis siue vll'
libris potui / vt qui vno verbo expedire snam mea possez /
credere me ē et semper credidisse dicentibꝰ / nil oīo aliud
q3 nudū et inane nomē esse fortunā / tam et si in coi smone
ppłm sequitur / et sepe fortuna noiare solitus / coloratius
aliquid dicens eos qui illam deam seu rerum humanarū
snam opinatur / atq3 asserunt nō minus offenderem / Seque-
ti autem die / ut vidisti regem multum in nris seu veriꝰ
suis / honoribꝰ occupato et duce quamuis in id vnū quod
optabat intento / regemq3 nunc verbo nunc nutibꝰ admonente /
hora illa nra destinata colloquio in aliis est absumpta ut
ego responsi onere liberatꝰ abij / ut letus quod non publica
snam in publico loqui nō essem coactꝰ / sic mestus q3 carerz

Sonum de hoc ipo sinias no audissem, Paratior eni multo exam
distere q̄ȝ docē, q̄ȝq̄ȝ illius diei ipius quod reliquu fuit ab
hora illa sexta ad vesperam, totum et tum eisdem negus th,
in thalamo meo quo nos vrbanitas vestra contraxit hoc ipo
alio quid, nario sermone traductum sit, Sed postq̄ȝ inde atq̄ȝ
ex illa regia vrbe discessi per alpes et glaciem hyeme hor
rida de te tuisq̄ȝ rebȝ, sepe mecum feruide cogitans dictaui
tibi per hospitium thalamos i camenos adq̄ȝ incomodos eplaȝ
longam valde qua id cito no misi, quia fidelis michi copia no
fuit, Nunc oblato hoc religioso et insigni viro vtriusq̄ȝ nrm
amatissimo eam ipam iam se positam ac neglectam no sine
labore transcripsi, In qua quid de fortuna nich, sed de tuis
quibȝ ut reor et nrm gallie et nrm Italie regnu, in hoc
statu sunt multa dixi, no magna, nec culta fateor sed vera
tibiq̄ȝ qui nugellas meas diligis forsan placitura Vale mi
memor, Patani viij ydus Septembris, / Epla ix

Ad eundem de mutatione fortune eamq̄ȝ ex mo rum presertim rei militaris mutatione procede

Dmiratio inexperientie argumentum est, mirantur
in solita cotidianorum stupor nullus, pone igitur iam stupor,
trita sunt et cotid, que miraris, mutantur assidue res
huane et ut reliquarum, sic milicie gla perfluit,
ac de gente in gentem sedes transfertur, Deniq̄ȝ vna est
horum, que vidimus om stabilitas non stare, vna fides, fal
lere vna requies circuuolui, Non te longe oculos reflecte
iubeo, sed etiam priam tuu tpus aspicere, adolescentulo
me britani quos anglos siue anglicos notant, om barba
rorum timidissimi habebantur, nunc bellicosissima gens gal
los diu belli gla florentes strauit, tam crebris insperatis
q̄ȝ successibȝ ut qui mo vilibȝ scotis impares fuerant, preter
miserabile et indignum summi regis casum que sine suspirio
meminisse non possum, sic regnu ome igni ferroq̄ȝ contriuerunt,
ut michi nuper illac iter ex negotio agenti Vix persua
deri posset, regnu illud esse quod videram, Sic vbiq̄ȝ solitudo
infelix et meror et vastitas, sic vbiq̄ȝ inculta et horrida
arua, sic diruteq̄ȝ desertaq̄ȝ domus, nisi que circe arcium me
nibȝ aut vrbiu euasissent, Sic deniq̄ȝ locis omnibȝ anglorum
mesta vestigia, et recentes fedeq̄ȝ cicatrices cladiu exta
bant, quid tibi nis ipa parisios regni caput, vsq̄ȝ ad ipm
porte limen deforta ruinis et incendijs tremere, extremosq̄ȝ
casus horrescē, quin et ipe qui muros interlabē secana, no

Sine sensu quod quasi inscie sue verbis euectum defluere, in
quod simul metuere visus est. Ecce iterum in dies ignobilis
ille tractus, illiciti sensim caput extulit, et diu bellaci Ger-
manie vult equari, Nonne vides quod nemo unquam dimasse
ut sagittas hostici sagittarij, post votum unum atque alterum
successum, non tam virtute partium sua, quam diffidentia
lenti hostis ingestum, in eam fiduciam sunt euecti, ut Theu-
thones contra stare audeant et terrori illis esse incipiant,
experimentoque deprehenditur non tam verum esse quod lucanus
ait, Ensis habet vires, et gens quecumque virorum, bella gerit
gladiis, quam quod Julius capitolinus, quod scilicet nulla res magis
contra Germanos valet, quam expediti sagittarij, Ceterum
hec fortune constantia est. Sit enim res mortalium nil cuiusque
proprium ac perpetuum, Cuius rei si doctrina brevior aut antiquior
desideratur autoritas Crispum audi, fortuna inquit simul
cum moribus mutatur, et imperium semper ad optimum quemque
animus transfertur bono. Ita est haud dubie et quicquid
latius terra hoc diu post brevitas ista complectitur trans-
ferunt, ut opes hominum sic et vires et ingenia, et virtutes
et nomina que ve romanis, fuerant alterius fiunt, nempe
cum ponderosissima res aurum sit, instabile, quid putas fa-
ma volatilis ac vaga est aura quid illa magis ac te-
nuius, hoc unum mobile et inertium, fixum tamen quod retinet,
virtutem sequitur, ignaviam fugit, hinc effectum quod
Justinus ait ut inter vitia Grecorum sordidum et obscurum
antea Macedonum nomen emergeret, hinc Carthago ab
exilio et angustis sedibus precio quesitis late omnibus extrema
da latoribus, hinc urbs roma ex pastorali tugurio mundi cul-
men et regnatrix facta est, harum vero varietatum que
nam causa, nisi romanis gentis inertia de prosperitate
oriens, et ex constantia parti nominis priste indoli, luxus ob-
repens, altius nichil industria, et inter difficultates rerum
sese animus erigens, patiens laborum, glorie appetens, con-
temptor libidinum, qui ni se vicerit, facile omnium victor efficitur
idem ipse lentescens, vocinsque desuetudine incipiens, et mox con-
tendens ab omnibus, in luxum secordiamque resolvitur, quod in his
tribus quas proxime memoravi, singulis quatuor gentibus
primo meminerant alijs quam qua plurimis regnis ac gentibus,
promptum esse ostendere, nisi quia et longum et notum a-
deo est, ut nichil inter homines sit notius, et hec nimirum illa
est, animus bono ad optimum, quemque imperij, quem dicebam,

Solustiana translatio fortune qz mutatio tum moribz, pa
quid victrix exercituu, atqz eneruatrix virium, volup-
tas, contra quam sola virtus inuicta est, qui hac arma-
,, resurg,, tus illi restituit hostium, imortales titulos celso fixerit tro-
pheo. Scis quid scipio apud numantia eduxit, et clarissim
enim et notissimi est edictum, quo scorta. f. et hec castris
eiecti, siue ut breuiter quod est dictum missam voluptas i
exiliu, acciuitqz virtus in auxiliu, comes atterseitaqz virt
in auxiliu et virtutis victoria est, que mutatus imunda
metellus pari consilio pari fine, voluptate eidem relegata,
viris qz milicie restitutis, ad romana signa, insuetam tam
diu exulanti victorie, viam fecit. Nostre autem milicie dis-
ciplina, que nam sit non expectas ut loquar qui mores ce-
castrorum spes, ductum prouidencia, qui militum inter, q
modestia vero virorum castra putes ingredi, sed lupanaria
meretricii, tabernas ganeonu, at popinas, neqz hercle alit
est neqz vero equanimiter. Vino quoqz barbarica madet cle-
tas, nisi peregrinis poculis estuet, in opiam atqz defectum
in sitim vocat, intollerabilemqz fugam queqz deditonem
sufficienter excuset. hinc profecto rei bellice sit ab armis
ad ciatos militaris ambitio processit, non qualiter pug-
nent, sed qualiter potent, atqz inebrietur, est questio q
cum hostibz federati totos dies noctesqz tam gmilitonibz
decertant, suus et ille victor famosiorqz qui vini capatior
profusiorqz est miles. Venit in hoc tempore hom, solo etiam
quod venturum vaticinatus est Seneca habebiturqz inquid
aliqu ebrietati honor et plurimu meri cepisse, vertitq erit
huis tu aliquid institut, et huis studijs magnu speres. Iure
tales exitus rerum sunt quales ebrios decet, tpqz quod
infelices itali, vel dissimulant vel non vident. hec latronu
acies, no ad pliu sed ad predam, atqz nus deiciat in finibz
uetus malum legitima gentem illam frugum et precipua
Vini dulcedine pmu olim in italiam transcendisse, qd etiam
hodieqz non tam cupide facerent nosqz prohibitores in
limine, et no magis imitatores in sto reperirent, quo fit
,, tutta,, ut paulatim degenererent, mos patrius sermo habitu vi-
te modq, domi militieqz, quodqz ne quidquam queri soleo,
fauentibz nobis Italia hec, Quam et si no videris, plane
nosti dictu mru, ut vel hostibz infandi in temulentam
barbariem transfferrentur. Cumqz nostri prodigiosa licet de-
lectatio sit in fames, qua tu patribz raciom reddituri sim9

Non intelligo Sed de hoc sepe multa nec unquam satis in ea
disserui, nunc per aliam quod incepi, quid est igitur quod
miremur si apud nos, et sepultum imperium, et libertas oppressa
est, aut si vero nunc in orbe, neque pax durat, neque bella fi-
niuntur, cum neque ipsi quiescere valeamus, neque hiis unquam sti-
pendiis debellare, qui enim ocio vincerent, qui vicisse iam nol-
lent, ymo quid quibus vincere victi est, horrent in patriam re-
ditus haud inmerito, gustarunt enim Italie saporem oderuntque,
et metuunt belli finem, qui ebrietati ac licentie modum ponit,
quamvis nec si valde cupiat, hostem vincere Iam possint suis
ipsi viciis ac moribus victi, capti oppressi exarmati servi de-
generes voluptatis. quid vero nunc diceret prisca illa romana
militia, masculorum militum, quibus preter arma, cibum
quorum dierum plurimorum non hunc mollem multa arte
confecturum, sed preduram pane vallumque insuper, hu-
meris ferre mos fuerat, quo et fame diurna sero pellerent
et se inter totos hostium insultus nocte protegerent, minuentque
audire soliti a ducibus suis, si qui sub fasce nimio lentius ince-
derent, miles tum e gladio vallare sciens, vallum ferre de-
sinito, et ingentem clipeum ferenti esse exprobratum, ita
amplius iusto scutum fers, neque id reprehendo, quod melius
scuto uteris quam gladio, nulla ibi epularum, nulla vini men-
tio, rivus omnibus licet turbidus sitientibus nectareos dabat potus
nullus usque voluptatis locus omnia virtus occupaverat, et glorie
studium et pudoris metus, militabant sub severis ducibus,
qui mollitiem, neque in se neque in alio ferre possent habebat
illos non luxurie magistros, sed sobrietatis exemplar, in qua
principem non sequi militibus in decoro esset, unum parcissimum
Iulium cesarem hostium quoque confessione didicerat et adeo
victus in differentis nec gule minus quam hostium domitorem,
ut in pace etiam non modo plebeios, sed ne inamenos
quidem et insulsos cibos aspernaretur, augustum cibi minimi ac
vulgaris fere, et qui secundarium panem et pisciculos minutos,
et caseum bubulum manu pressum et ficus virides bife-
ras maxime appetebat, adrianum parce ac militariter viven-
tem, cibisque castrensibus in propatulo libenter uti solitum hoc
est lardo caseo et posca, exemplo scipionis emiliani et me-
telli, et auctoris sui traiani, hec enim de hiis ut minores
sileam a preclaris auctoribus scripta sunt, que vos non pudet
turpium dominorum, gule ac ventris esse mancipium, dum audietis
aut cerneretis tantos Imperatores ita vivere, assueverant

Preterea milites pro qualitate facinoris penam aut premium
sperare, neque enim aut occultum aliquid, aut neglectum fu-
turum, sub extimatione tantorum fingi poterat, Cernebant
statuas, in signum bellatorum videbant coronas Civicas,
murales . obsidionales, audiebant Cesiū scevam, ob inau-
ditam et stupendam pugnam qua totum britannici exercitus impe-
tum, nudo pectore, unoque victo umbone propulerat, ab illo
martie virtutis extimatore precipuo, cuius gesta sub oculis res
erat, centurionatum insignibus exornatum lucium dentatum ob
innumeras incredibilesque victorias, non unius militis sed integre
legionis exuviis onustum Edocti autem propter ignominiam no-
tatis ex infamia legiones, ademptos equos, arma prie con-
spectum, pugne, patriam, Siquid et promptus ad premia
est qui primo digna meditatur, et durus ad veniam, qui vel-
nichil venie exigens agit vel si quid erraverit, nichil ex parte
soleat Semper ergo et hostium spolijs et meritis, terga sup-
plicijs, si ita res tulisset, semper aures ut honestis laudibus
sic iustis reprehensionibus paratas habebat, noverant Pesce-
nnium nigrum, in egypto vinum flagitantibus, respondisse, Nilum
habetis et vinum queritis, eidemque alijs qui a saracenis victi es-
sent, tumultuose vinum poscentibus, sine quo pugnare non posse
se dicerent, insultasse hijs verbis, Erubescite, illi qui vos vin-
cunt aquam bibunt, Marium Nempe p^e sterius ante oculos ha-
bebat, cuius imitator imperijs imitator quia magnus fuit, qui
non vinum sed aquam petenti exercitui respondisset, viri estis en
illic habetis castra hostium ostendens qui ripam fluvii obtine-
bant, quo responso inardescens virtus, eo militem propulit vin-
neque vinum certe, neque puram aquam sitiens inveniret, quin ut
ait Florus tanto ardore pugnatum est ut victor Romanus de cru-
ento fluvio non plus aque biberit quam sanguinis, quid autem
clarissimi duces, quid militibus suis in aure responderet quam invictis-
simus princeps augustus. Domini parte requiescens, querentem
de inopia et caritate vini populum, severissima oratione com-
pescuit, ut tranquillus ait Satis provisum ab agrippa gene-
ro suo, dicens perductis aquis plurimis, ne homines sitirent,
Nigrum ipsum quoque meminerant, tam infracti a voluptate
animi, ut non argentum modo detraxerit, ex usu militie ne
forte militaribus sarcinulis, in manus hostium delatis, nostris
spolijs superbirent, barbari, sed pistores sequi castra vetuerit,
vinique potum prorsus interdixerit, iubens omnes aceto ac bis-
cocto pane contentos esse, de quo ita scribit, helius spartianus

Nunquam sub eo miles provinciali, lignum, oleum, operam extorsit, ipse
a milite nihil accepit, cum tribunatum ageret, nihil accipi pas-
sus est, nam et imperator, tribunos duos, quos constitit stella-
turas accepisse, lapidibus obrui ab auxiliaribus iussit, neque alterius
Marij imitatorem obliti erant, Cassium audiui qui ut Vulca-
tius Gallicanus ait, in historijs, arma militum septima die
semper inspexit vestimenta etiam et calciamenta, et ocreas, delitias
omnes de castris submovit, iussitque eos hieme sub pellibus
agere nihil vino preter lardum ac buccellatum, et acetum
in expeditionem portare, Si quid preterea luxurie reperisset,
non levi puniens supplicio, ut de illo quidam merito, prefectus
cui princeps suum de Cassio iudicium scribens curam committi
iusserat in hec verba rescripserit, recte consuluisti me dove
quod Cassium prefecisti Syriacis legionibus nihil enim tam ex-
pedit quam homo severior grecanicis militibus. ille sane excalda-
tiones omnes flores de capite tollo et sinum militum excutiet,
annona militaris omnis parata est, neque quicquam deest, sub bo-
no duce, non enim multum, aut queritur aut impenditur, hec pre-
fectus de Cassio principi, de quo duce exercitu septimum dici solet
olim militum iussit ut sagittas mitteret, et armis luderent dicebat
enim miserum esse cum exercerentur athelete Venatores et gla-
diatores, non exerceri milites, quibus minor esset, qui denique
ut historicus ait, cum exercitum duceret, scitque iniussu manus
auxiliaria Centurionibus suis auctoribus, tria milia Sarma-
tarum negligentius agentium, in Danubij ripis occidissent
et cum preda ingenti, ad eum redissent sperantibus centurio-
nibus premium, rapi eos iussit, et in cruce tolli, servilique suppli-
cio affici dicens evenire potuisse, ut essent insidie, ac peri-
ret Romani imperij reverentia, Cumque ingens seditio in exer-
citu orta esset processit in medium sine armis et percutite me
inquit, si audetis corrupteque discipline vestri etiam ducis scelus
addite, Quieres tum obedientie Romanis addidit, tantum terro-
ris barbaris iniecit, videntibus dampnatos, Romani ducis
iudicio, Etiam eos qui contra fas vicerant, ut pacem centum annorum
absente Anthonino Romano tunc Imperatore deposceret, ad pos-
tremum hic est ille vir quem virum corruptis ac perditis legionum
moribus reformandis, idem ipse Marcus Aurelius Anthoninus, princi-
pum et sapientissimus, sano maturoque consilio delegisse,
cuique per epistolam severitatis eximie verum et insigne tes-
timonium reddidisse laudatur multa dixi de Cassio, quia et
multa de eo legeram, et multum me moderne militie dissilis

Multumque ideo uictor huius temporis concio idoneus videbatur
Cui hac in re similis maximinus quamuis in reliquis crudelis
ac barbarus / Ceterum quamque ut in vita eius legitur die iu-
bebat milites simulacra bellorum agere / et gladios loricas
galeas / scuta tunicas et omnia arma illorum cotidie circumspicere,
quin etiam ipse prospiciebat / prorsus ut verum patrem
militibus preberet / probusque sub oculis erat / qui ut ait Fla-
uius vopiscus / numquam militem ociosum esse perpessus est Si
quidem multa opera militaria manu perfecit / dicens annona
gratuito militem cedere non debere / at ne leuiora congessisse
inseram atque omittam / quintum cincinatum qui dictator / mi-
nucio quod se atque exercitum romanum obsederi / ab hostibus
apud algidum passus erat / consulatum abstulit ut Calfur-
nium pysonem syleam / qui consul prefectum equitum / quod
arma hostibus tradidisset / vario contumeliarum genere deforma-
tum succinctis toge laciniis distinctum / nudis pedibus a mane
ad vesperam adesse / a primam aciem per omne milicie tempus
iussit / ut qui omni iure satius quo prefectus illi iunctus erat
potiorem duceret esse rem publicam / atque obseruanciam mili-
tarem / ut hoc ergo pretereatam / omittendus non est rigor ille a-
terrimus Manlii torquati / qui filium rare indolis / quod in-
iussus in hostem pugnauerat / quamuis egregie feliciterque
pugnasset / occidit parque postumi tiburti / ob eandem causam
in filium quoque imperii seuerioris auctoritas / quamquam hec
incertior fama sit / nec multo inferior papirii cursoris acri-
monia / nisi quod in filium non exarsit / sed in quintum fabium
magistrum equitum / quem dictator quod iniussu eius aliqui prospere
ac strenue decertasset / in conceptam securi ferire voluit / et
ferisset in conceptam seueritatem / pietas publica temperasset
et non insignis cui victus / aut dignitas / non tumultuantis
metus exercitus non longeque prius latine / non senatus auctoritas
sed sole ad ultimum preces populi romani nobilissimum ac fortis-
simum adolescentem ab interitu liberassent / Nouerat sane
tam difficilem tam tremendam hoc duce miliciam / ut perpe-
tuo labore ac metu / corpora militum atque animos attereret,
utque quod est apud lucinianum ausis equitibus ab eo petere / ut se
pro re bene gesta laxaret ad labores / sit illudere ne nihil
dimissum dicatis remitto ne utique dorsum de multa-
tis / cum ex equo descenderetis / et pretorem penestinum qui per
timorem segnius suos duxerat in primam aciem / lictori cum securi
accito ludens quoque mortis terrore confusum increpitque

Dimitteret, de reliquo scitur erebat quod messius, qui quod a sinio
pternissimum mirior bello punico secundo, eo prelio, quod trebiam
gestum est, cum cohortibus et ea statione cuius custodiam
illis commiserat hostium vi deiectis ut eandem illico repete
rent imperavit non quia id fieri posse confideret, sed ut
militarem culpam acri imperio castigaret, destitique lati mors
supplicium esset, illud enim precepto additum erat ut si quis ex
eo numero in castra refugeret tanquam hostis occideretur, quod
ultime nec necessitatis acutissimum calcar, ad actum animis, et
lassitudine corporum, et desperatione rerum et loci difficul-
tatem, et hostium turbam vicit, quodque impossibile dictu in victo
visum erat, victis militibus pronum fecit, observabatur autem
Julius Cesar, qui ut tranquillus ipse restituit, obsistens fugie
tibus retinensque singulos, cum tortis faucibus convertens in hoste,
et quidem et adeo plerumque trepidos, ut aliqui ferro moranti cus-
pide sic comminatus, alius in manu detinentis reliquerit signum,
Sub hiis ducibus militare durum fateor, sed leniebatur aspe
ritatem gloria, quodque vite periculum ac labor horrendum
fecerat, sola virtus optabile faciebat, rari ibi transfuge
rari desertores fides et metus servos animos frenabant, E
rat exemplo fabius maximus, qui omnes quos cepisset trans
fugas, truncatis manibus dimissos, fugam cogitantibus, docu
mentum dedit, erat affricanus maior, qui sic natura mi-
tem ac benignum animum, nulla severitate sed invictum armave
rat, ut pendente bello gravissimo cuius sibi confecti gloria
parabatur, defectionis auctores, ad palum deligatos, ac
virgis cesos, securibus obtruncaret, et cartagine domita fi-
nito bello transfugas qui comprehensi essent latini nominis, securi
quoque percuti iuberet romanos quoque quod gravius infamissent
crucifigi, erat et minor affricanus, qui non victa tantum, sed e-
versa Cartagine transfugas, in victorie ludos populo spec-
tante, lamandos feris edentibus obtulit, et emilius paulus, qui
macedonici belli victor, filius nostre eos, elephantibus concul-
candos prebuit, salubri omnibus et memorabili documento, si
modo ducum, virorumque illustrium iudicia eo trahimus, quo
illorum virtus et gloria merentur, neque livor interpres pes-
simus iuste severitati, superbe crudelitatis nomen imponere
nititur cuncta peiorem semper in partem trahens libet
enim hunc loco ascribere Romani valerii maximi quem dam quod
ipse hiis ac talibus exemplis annexuit, aspero enim inquit et
abscisso castigationis genere militaris disciplina indiget, quia

Vires armis constat, que ubi a recto tenore desierit, oppressa
sunt nisi opprimantur, neque vero tantum modo in suos duces
atque exercitus, sed in socios incorrupta constabat fides. Ra-
rius fallere quis, furari, pretio dari ve, aliquid auderet,
cum meminisset ut milites, qui Regium in presidium missi mar-
tiatis nepharie principibus, civitatis ipsam sibi crudeliter
usurparunt et erant milia hominum quatuor, ut Livius ait
ad unum omnes virgis cesos securibusque percussos inhuma-
tos abici iussit, flereque vetuit senatus, cum ad memoria
revocaret, ut Pescennius idem Niger, sicut in vita sua eius
scriptum est, ob unius gallinacei direptionem decem commani-
pulones, qui raptum ab uno comederat, securi percuti
iussit, quamvis impendentem veritus seditionem, toto exerci-
tu deprecante, rigidam sententiam victus inflecteret, quod
non fecit Cassius de quo ita scribitur. Milites qui a pro-
vincialibus tulissent, imperium in illis ipsis locis in quibus pec-
caverant in crucem sustulit, et ut supplicia severitasque ces-
sarent, quem queso, nisi omnis virtutis hostem contemptorem
non moneret, ac sociorum ab iniuriis abstinentem faceret,
illa modestie laus eximia apud Ciceronem lecta in ea
oratione qua de magni Pompei laudibus scripsit. Cuius le-
giones inquit, sic in Asiam pervenerunt ut non modo manus
tanti exercitus, sed ne vestigium quidem cuiquam pacato no-
cuisse dicatur. Iam vero quemadmodum milites hybernent
cottidie sermones ac littere perferuntur, non modo ut sumptum
faciat in militem nemini vis affertur. Sed ne cupienti quidem
cuiquam permittitur, hyemis enim non avaritie perfugium, maio-
res nostri in sociorum atque amicorum tectis esse voluerunt
hec Cicero. Ceterorum enim sine his nug etiam verba generale
pondus, hinc neque tantum in socios innocenter, sed in hostes, ~~hinc~~
~~neque tantum~~ quoque fideles se gerebant, federum ac pactorum serva-
tissimi. Hinc Venturius atque Postumius consulibus quod iniussu se-
natus et populi Romani pacem cum Samnitibus fecissent, volentes
hosti dedi, privato periculo fidem publicam exolverunt, qua-
mvis eam deditionem hostes arguerent, hinc decem illi, qui Ca-
nensi prelio capti ad senatum ab Hanibale missi erant, pro
redimendis seu permutandis captivis iuratique se nisi id impe-
trassent reversuros, cum vel unus eorum vel ut alii volunt,
omnes peractis mandatis in urbe capiti remansissent, a sena-
tu ad Hanibalem sunt remissi, ut in eorum ac similium iure
fraus reprehenditur. Vir Attilii Reguli, spectata usque ad

Crudelissima mortem fides / tum omni tempore permutate laudabitur /
nam ut hostem armis vincere preclarum / Sicque pietate
preclarius / sic fallere / nisi bellicis artibus turpe est / possem
multe exterarum nacionum ex sub texere / Sed neque ergo huius ser-
monem ingressus / alterius quam romane milicie mencionem
feci / neque ulla gens quod pace omnium dixerim / hoc in genere glo-
riam attigit / hiis in castris enutritus miles atque imperiis assue-
factus exercitus / qui usque tam difficile reperit / quod non supa-
ret / Quid tam durum / quod non frangeret / Quid ta-
men altum quod non scanderet omnia expertus novi nichil
nichilque formidoli accidit EXPERIENCIA MATER
EST / artium et consuetudo discriminum / metum premit / nulla
ex hiis viris collecta acies parva erat / nam quod numero defuis-
set et obediencia militum / et maiestas ducum et virorum
vis animi exercitacioque et vita carior / spiritu ten numen gli-
quod culta castrensis disciplina / suppleuerat / tube signum seu
in prelium excitantis / seu receptui canentis / ut nemo tam surdus
qui non audiret / Sic nemo tam hebes / qui non intelligeret / Nec
tam segnis seu timidus / qui non dicto cicius exequeretur / simul
in hostem ruebant / simul subsistebant / simul feriebant / simul acie
excedebant / inferis iuncte virtutis efficacia est / et ipse nil
inexpugnabile multis fortibus viris / unius more pugnantibus /
ubi virtus et eruditio rei bellice in unum coeunt / hec nempe
acies dirum vicit hanibalem / magnanimum pirrum fregit
Siphatem in carcerem / Persen in vincula / Mitridatem
in mortem egit / Anthiochum regno / Ciprum opibus exuit /
pirratas pelago / hec punicam classem / toto regnante maio-
sius mersit in fluctibus / hec Iugurtam parricidiorum perfidie
que penas pendere compulit / hec britanniam muro dixerunt
Reni rippas ponte coniunxit danubii vertices impetu vicit
compescuit / hec eadem cum modo ciminiam silvam transisse
magnum fuerat mox iuga alpium aperuit / arduennam et
pirrenem saltus atque habitum latebras / penetravit / hymale
caucasum saxum athlanta pertransiit / pervicavit ardente
libyen turpi fecitum atque exitus extremos / et dubias sirtes /
et tumidum navigavit occeanum / hec dic ymo hispana expug-
navit carthaginem / nam in maiore alta plus negocii / par erat /
hec ipsa numancia / hec hierosolimia hec corinthum diruit /
hec siracusas / hec capua / hec tarentum cepit / hec hispani-
as / hec gallias hec germaniam / hec affricam asiamque
Sed quo feror / hec ytaliam hec europam hec terrarum orbem

Armis domuit atque virtutibus / Unoque capite iussit esse contentum /
semper victrix et semper indomita / nisi illi victorie comes inso-
lentia nocuisset / et ut dixi luxum semper ac funestos mores pal-
liatam prosperitas / in sua demum precordia ferrum vertens / in sese victi
orbis iniurias vindicasset et hec quidem illi nostri autem exercitus ple-
ni furum predonumque / crebriores sociorum quam hostium predas agunt,
furtoque amplius quam virtuti / stimulisque gladiis fidunt / fallunt
expeditius quam pugnant. sepiusque fidem suam violant quam servant,
hostem nullus enim domi punitor / scelerum castigator ignavie / se-
natus nullus enim castris Fabius / nullus Affricanus / nullus Emilius Pau-
lus / nullus Magnus Pompeius nullus Julius Cesar / nullus denique
magis aut Cassius / Sed qui omne dedecus militie suis exemplis
foveant et excusent / Unde fit ut in puncta omnia / et peius mitis
plus non modo licentie sed premii sit / Impotentia probro datur
abstinentia pavoris fides stultitie fraus non prudentie / et boni in-
genii nomen habet / modestia sordium subit infamiam / avaritia frugal-
litas pudicitia feritatis / plebs quoque nunc hostes vincet invenit quam olim
perfidia / Itaque non inhonorata tantum / sed vix tuta est / et si for-
te odium evasit / in contemptum incidit. Sic bonorum princeps
honorabilium / vel opprimitur vel videtur / quo modo aut hii nostri
duces / hanc miliciam nisi sic regant / aut qua fronte alios
corrigant / quibus maxime unus est corrector / non hic recipit
natura / ut det quisque / quod non habet / Neque ut ait Cicero / potest
exercitum is continere Imperator / qui se ipsum non continet / neque
severus esse in iudicando qui alios in se severos esse iudices non vult.
nostri ergo, ducibus ebriis milites temulenti / post crapulam quid
agant nisi / quod consequens fecerunt / sudant non virilem sudorem,
sed febrilem / neque militariter / sed muliebriter / sed similiter / sub
tentoriis senescentes / ociis student / Cenis inhiant / incumbunt
alee / libidinibus immerguntur / mulierculasque sarcinulas suarum
fede agmine pre se ferunt / negligentes ordinum ac vagi / quasi apes
dissipatis alvearibus / quisque sibi dux est / amant umbras ocia bel-
li nomen Cui se stipendiis debitores sciunt / cum bellum ipsum ode-
rint de quo tamen / ut de sua arte non erubescunt pigri ministri timi-
di loquaces / arma et equos non ad obsequium dominorum / non ad
patrie tutelam / neque ad gloriam sed ad questum ad ornatum cor-
poris / et voluptatem habent / onusti auro / quo et ante gregariis spe-
taculum et hosti opimior preda sunt / Cum suis ducibus de virtute
nunquam / sed si sui similes nacti sunt de sompno atque ebrietate contendunt
et illorum scole dignos / sese exhibent discipulos futuri mox pre-
ceptores eque docilibus ingeniis / Qui fortasse dissimiles extiterunt

Inuident cimant uexque sapientibus pauris tot inter stultos in primis licet
non desipet, neque nunc primum inter malos bene agere capitale est,
Quibus ita se habentibus desine iam mirari, non dico quod hec
gens attollitur, illa deicitur, et rursum illa concidit, hec assurgit,
quod ut dixi sola varietas morum facit, Sed quid nos quibus uni-
formitas mala est, In dies peiorum ac mutamus neque res in ex-
tremo ponte non fundamento aliquo virtutis, sed pondere suo stat
magnique ruinam edificii nutantibus rimis produnt, Mirum potius
si quando cause sue non pariant affectus, Neque enim penitus fieri
potest, quin hiis ducibus, hiis militibus hiis moribus, et ruina in proxima
et interim dum differtur, in mortale nobis bellum pax extincta
virtus exul, atque hinc exitus hinc propriis manibus descripta rerum
publicarum sua semper ac infesta sit, vale in Christo Martias ex Ticinere/ XXIII
Explicit liber xxiii^us rerum familiarium Incipit liber,
XXIIII
indignatio et querela contra illum quis is sit qui de
beret procedere has que dicuntur societates predominum
nunc ytaliam peragrantes Epistola prima :
Loquor quia cogor, urget enim pietas ardentes que sti-
mulos anxio figit in pectore, qui me tacere non sinunt,
et scio me ne quidem loqui, neque audiar vel uox so-
latio quod perdere verba leue est, ymo enim michi
gravius, homini silentium amanti, loquor tamen sed coactus
ut dixi et loquor uobis quibus heu nescio, O libertatis et pudicitie
ingens ultor brute, qui superbos sedi servitii auctores solio de-
iecisti et in pudicitie insectos usque ad inferos gladio vindice perse-
quutus es, utinam uiueres, tibi loquerer O gloriose camille,
qui iam sanguine despumantem transalpinam rabiem, in ipsis
ad huc firmantis patrie cineribus extinxisti, Utinam uiueres
tibi loquerer, O summe uirorum scipio, qui hanibalem septimum de-
cimum annum, Iam ytalie incubentem, hinc inde tractum, in propria
patria virtute ac fortuna concurrentibus mirabiliter confecisti,
Utinam uiueres tibi loquerer, O paule emili qui reges macedonum ne-
fusto elatos et aduersos Italiam rebellantes uinctos ante currum
in capitolium egisti, et romani iugum imperii ferre docuisti, Utinam
uiueres tibi loquerer, O mari ut compatriota tuus ait Cicero, rus-
ticane vir, sed vere vir, qui barbaros in italiam irrumpentes ipsis
eorum in finibus tanto impetu superasti, ut de cruentis fluminibus ab exer-
citu sitiente, non plus aque quam sanguinis biberetur, quique mox
ad aliam mundi plagam mira celeritate conversus, Ita furorem
cymbricum oppressisti, ut vix cadaveribus suis utrobique victa barbari-
es, vix agminibus captivorum victrix roma sufficeret, Utinam

Viues tibi loquerer O magne pompei, qui infamem predonum cater-
uam, romanis classibus italicisque litoribus infestam, ac toto iam
pelago seuientem breuissimo tempore domuisti atque in vincula coniecisti.
Utinam viues tibi loquerer, et precarer, ut sicut omnia maria
infecta purgasti, ita nunc non dico omnes terras, sed italiam
saltem tuam noua predonum manu inhabilis inquinata
solita uirtute purgares. O Iuli Cesar qui incursus hostium
non expectans, raptim superatis alpibus, Reno, rodano et ga-
rumna fluminibus cum pinguere transmissis, incertum an fortunatior an
fortior, victrici acie germaniam, gallias, britaniam, atque his-
panias peragrasti. Utinam viues tibi loquerer O Cesar auguste,
qui reges terre, et legationes populorum omnium, ad genua procumben-
tes atque ut proprie dicam, ipsum orbem terrarum supplicem, et affu-
sum, ex altissimo solio vidisti, et pace terra marique composita
bellicum iam templum felicissime conclusisti. Utinam viueres
et loquerer, O insigne par hominum vaspasiane et Tyte digni
alterutro et patre filius et filio pater, qui uno curru quod nunquam
antea visum erat, et xpi gloriosissimam ultionem, et triumphum
clarissimum de hierosolimis retulistis. Utinam viueretis vobis loquerer
et ut xpi iniurias iterum vobis loquerer vindicaretis iterum hor-
tarer. O fortissime vir traiane qui iam senio fatiscentis imperii
membra, multo spiritus feruore refouisti, ac preter spem iuuenes-
cere coegisti, nunquam certe uel tam gelatum ac decrepitum im-
perium uel tam necessarius feruor tuus. Utinam viues tibi
loquerer, et rogarem ut moribunde patrie opem ferres, nec
ideo quod in hispania natus esses, italice obliuiscereris originis.
O bone theodosi qui parua hominum manu, sed diuino fultus auxilio
tibi militantibus elementis, et coniuratis tecum ventis, sagittas bar-
baricas ex manibus fatentis, aduersum nos eductas, in ipsas frontes
ad extremum barbarorum miraculose et incredibiliter retorsisti. Utinam
viueres tibi loquerer, nunc quid agam et loqui oportet, cui lo-
quar non inuenio effundam voces in nubila, si quis forsan amic-
tior spiritus et bonis fauens e labiis meis, abductas ad aliquam
generosam aurem, illas perferat ubi fructificet, ut cupio potius
quam spero, quid enim spei reliquum est, quid agere summe ihesu ubi
sunt oculi tui quibus nos ab alto intuens, non modo claros, sed in-
uidiosos mundo feceras, vnde tantam fortune vertiginem, vnde
tam fati subitam vim, sine quibus aliis verbis, quod mestum
animus premit expediam. Vidisti equidem certe prius quam aderas,
quam patrum nostrorum exigua manus nunc sub arthon, nunc sub
austrum, nunc sub orientis, nunc sub occidentis solis extima sup[er]ca[vit]

Et attonitis gentibus ac regibus victricia late signa circumtulit hic
avaricie frenum stringens illic tumidam premens insolenciam,
hic iracundie mitigans truces motus, illic seve libidinis iu-
gum imponens, postremo aliquid ubilibet aliquid semper agens,
quo magnifici transitus gloriosa vestigia super essent, et or-
bis ipse per domitus, caput tuum vel veneretur acceptum vel
dilatum silencio suspiraret, quot maiorum nostrorum opera,
omnibus terris effulgent vel celo spersa sydera, quot invicti
actus quod exempla virtutum quantum nomen quanta memo-
ria gestarum rerum, quod per orbem, gentes que colonie quot
trophea innumera horrifico marmore victis terris extancia,
Quibus cuncta diminuet, quod undique ipse licet invidus sentit, indig-
nans que recordatur, quid nunc igitur rei est quid queram, quo
defleam quid accusem, Cui parva predonum manus, ex mille col
lecta gentibus, terrarum omnium dominam ac nutricem italiam p-
vagatur, et provinciarum omnium regina, sed ante alias prima
deposuit heu quis nam consulet pudori nostro, quoniam iam de sa-
lute cogitare serum est, quis multis nobis velum dissimulacio-
nis aut ignorancie pretendet, quoniam non est qui malis nostris auxi-
lium ferat, liceat saltem vel nescire que patimur, vel fedissi-
mas cicatrices morum vulnerum non videre, volebam te
orare suppliciter O vir ingens, quem nominare non audeo, ut nobis
dexteram dares, quod et posse videbaris, et quod maxime tuum
erat, sed ut video prorsus obsorduisti, Itaque postquam nulli hominum
iuvat, ad te ultima et maxima spes mortalium est, preteres ver-
to, Si tibi creator omnium, beneficiis tuis parum memori vosi
simus, si supercilium altius forte quam decuit tanto et tam preti
ovimitatis favore sub stulimus, et quo vis ubicumque, rebus fa-
ciem muta, tua enim est fortuna tue sunt sortes, tue succes-
sus humanorum Vices Imperaverimus insolenter serviamus
humiliter arcerte latronum iugum, more pungimus si te offendimus
et si tibi libertas nostra non placet, at saltem illorum, pedes
sacrilegia rapine furta adulteria stupra displiceant obsta
tot malis, et te dominum illis ostende, qui dixerunt in corde suo non
est Deus, tuos que pater adiuva, fortassis ingratos, sed de te spe-
rantes, tuum que nomen cum latinis innotates, et in gentes fa-
tentes, quia non est alius qui pugnet pro nobis nisi tu deus noster
kl. Septembris. Ad Cesarem hunc nostrum prius
dulcis gratulatio privati pro suo familiarite post
acerrima increpatio pro re publica atque impio
desidius et exhortatio in fine vehementissima

= Index praeponendus libro XXIII

Indignatio et querela contra illum quis hic sit preterea habes que di-
cuntur societates predonum nunc italiam peruagantes / Ad cesarem
hunc nunc prius dulcis gratulatio priuatim pro sui familiarita-
te post acerrima increpatio pro re p. atque imperio desertis et exhor-
tatio insuper vehementissima / Ad eundem comendatio insta-
tior amici / Ad boni cordium gratulatio quod e procellis curia-
libus imperuiate portum sero licet euasit ad eundem de senectu-
te et morte non modo fortiter sed lete obeundis / Ad iohannem
olimuen epm cancellarium imperialis aule laudanti eo minus
esse fidei quo plus amoris / Ad eundem comendatio amici /
Ad imperatorem karolum gratiarum actio pro transmisso tra-
tere aureo et ad se vocanti ei aliqua spes eundi / Ad eunde
iterum atque instancius euocantem spes citior obsequendi / Ad
Johnem olimuen epm cancellarium de eodem nec debere
anim puitatis consciam alienis laudibus de humilitatis sue
sede concelli / Ad Johnem pmen causidicum transferentem
gra percipiende milicie ad sepulchrum xpi a tali proposito / Ad
Guidonem archiepm Januen non dolorem ipm sed paciencia do-
loris optabilem multa preterea quibus parantur in vtilia prodesse
aliis / Ad socratem sui laborum nil fructum ferre alios equo
animo ferendumque comune sit / Ad Johnem olimuen cancella-
rium cesaris familiarit / Ad cesarem ipm obsecratio atque ex-
hortatio vt italiam repetat / Ad Johannem cancellarium
ipm non omittendum quod ut vales et si non vales quod velis
Ad hugonem Deuerum comitem de aulicis curibus palatij nea-
politani / Ad nicolaum azorolium magnum regni Sicilie Senes-
callum de magnificis huius gestis / Ad Johanne certaldo de
adolescenti suo coadiutore in scribendo vtitur / et nichil a deo
correctum cui non aliquid desit / Ad franciscum bruni florenti-
num rectorem noue amicitie contractus ad Cesarem exhortatio

XXIII 2

Letum me fecit Epla tua Cesar / quid in a / vltima
cum sola tui recordatio letum facere solebat / dum subit
anim meum / nescio quid vnde nisi ex tua humanitate
et fortuna mea / siue ut hoc vltim sanius loquar / non
certe solarj virtute sub qua essem natus / qua michi ad huc
puero / famosus quidam predixit astrologus / futurum / ut se-
cum principum atque illustrium quos mea tulisset aut latura esset
etas / familiaritates eximias atque insignem beniuolenciam
habiturus essem / sed eius qui solem fecit et stellas omnipotentis
dei munere / maiestati cesaree carum fore / Cuius rei argu-
mentum habes vnum eximium / quod etiam longinquo seu ipm

Deu locorum tibi magnanime Impator, vsqz adeo mei memoria
cecidit est, ut ipe ex quo sumus hom, ultimo, vetris amoris
reddere dignum putes, nra etate monstrum ingens, qua ut
vides quisqz pro exigui gradus eminecia, solet esse superbior
atqz infra se positos, ignari fastu vel fastidire vel pmere,
quod ipe tacite ipe metum librans sentio quanti prij apud me
licet dignatio tua sit, Nam si pro fortune fastigio, ut mos
est, animi quoqz fastidium assumpsisses, nec nosse me dignareris,
Sed ingnosum pectus vereqz cesareum nec inflat certe nec con-
ficit nec attolit fortuna, nec deicit, Itaqz tu me non tm fami-
liari noticia, sed duabus insuper dignaris Eplis, que res inter
meos si qui sunt ingenii titulos no extimum tenet aut tene-
bit locum, Si em virgilio, si flacco, gloriosum fuit augusti Ce-
saris, et noticia et conuictu et Eplas promereri, cur ego illorum
et si non ingeniorum successor, et tpm in ordine hominum fortasse
aliqua ab illis, principis successore silia promeritu me fuisse
non glorier, Nimirum et humanitatis et liberum tuarum non
minor michi voluptas, qz illis duobus sui Imperatoris est copia, ut co-
uictu superer, non in te imperij altitudo qz supra modum huma-
ne condicionis extatem bene meritis, aut certe tuum nome ama-
tibus attollendis facile soleas libenter qz submitte, sed in me
vel animi tarditas, vel amor patrie verior causa est, Tu
debis forte mollitiem et cognosces, quantum ad veram phiam
michi nunc etiam desit, potui interdum sz iam fateor no possu
equanimiter esse diu procul ab italia, Hinc ea sum natiuas
soli dulcedo est, sive rerum extimacio, nescio qz vera, sed co-
stans et vi mobilis, et a prima etate, pectori meo insita, nil
omnino terrarum sub celo esse, qd italie compari queat, seu nature
seu hominum consideres ornamenta Quod nisi sic michi pe-
nitus persuasissem, facilior procul dubio fuissem, et tibi
olim quem sensi contrarius in merito principiam optare, et nuncius ter-
tius cognato tuo francorum regi vere serenissimo mitissimo
qz regum omni, qui no modo precibus ferunda sed manu auta pe-
ne michi in iecta tenere me voluit, ab eminentem denique litteris
persequutus ardentibus, ad hos vicarios ac fideles tuos, ut sua-
su placido inflexum, me sibi remitteret, postremo nichil,
dio omisit quibus nil michi mentitus, multa mirari solitus
astrologus videtur, nec eram nescius sine insolencie quod
nota, negligi no posse desiderium tanti regis, ni me validior
vinculis astringeret, ille quem dixi patrie amor, nequid ne dis-
similem ac spartiana, que cui flexus iam inconsuescens ex augurat

Ut non facile totus loco movear, attendit opinio illa, tunc paulo super meritum de Italie principatu, que una michi causa fecit, Ut te sepe hactenus verbis aggrederer, non tamen hortari ausus, sed arguere, quod sit ulterius futere videris, quam vera parens, me iudice prorsus fecit, et si peritus scripto etiam ne non pridem quiri possis, te notatum posteris tradere sum ausurus, quid enim tunc oro te Cesar, quid moliris quid cunctaris, Unde autem, nisi tuo de labore gloriam speras, nimirum tanti animi virum, tanti acumine ingenij non dicam obtusum esse, absit ut id verear sed si tu immo rubiginem contraxisse, Undecimus nisi fallor annus agi ex quo primum moras tuas increpui, homo tunc incognitus tibi, sed et nosti incipiens, et auctor imperij, et si libertate mea, tunc non tantum tulisti sed laudasti, certe iam senioribus, et michi plus libertatis, et tibi excusationis aliquanto est minus, Relege que tunc scripsi, Videbis quanto tibi nunc singula convenientius, dici possint, eo quod et occasio ingens pretermittitur, et plus vite abijt minus restat, Nonne vides fluxum temporis, et preapidam etatis fugam, non sentis quanto studio virtuti primum consciencie quoque de hinc glorie tue et posteritatis iudicio vacandum sit, Non tam ubi abieris, solioque descenderis quod utique faciendum est, neque tibi reditus nulla spem neque successoris tui virtutem, quod traiano dixisse fertur anus illa, miserabilis, pudori tuo posse consulere, Cum semel occideris et de te splendida minos fecerit arbitria, non torquati genus non te facundia, non te restituet pietas inquit flaccus, non audis virgilium optima queque dies miseris mortalibus eumque fugit, eumdemque Stat sua queque dies breue et irreparabile tempus, Omnibus est vite Sed famam extendere factis, hoc virtutis opus non audis flaccum, ipsum truditur dies die noveque pergunt interire lune tu secando marmora locas sub ipsum funus, et sepulcri immemor struis domos, Non audis lucanum, Hemetque miscuit omnibus, hora ducere properate mori, et eundem, me non oracula certum sed mors certa facit, pavido fortique cadendum est hoc satis est dixisse, Iuvenem non audis statium, Utere luce tua longamque aut indue famam, et eundem, In nutes sat nulla revoluere parcas stamina, Non audis Iuvenalem festinat enim decurrere velox flosculus anguste miserque breuissima vite portio dum bibimus dum serta unguenta puellas poscimus obrepit non intellecta senectus, hanc si forte longa tibi seramque pollicitus, ut multi solent, Iacturam temporis leue ducis, an eumdem ipsum non audis olim inquit prodigio par est in nobilitate senectus, Sed si olim quid hodie et si in nobilitate

Quid in imperio suspitemur, percurre annales. Multi senes ad
imperium pervenerunt, pauci in eo senuerunt. Hinc cum omnium mortalium
sit brevis tamen brevissima principum vita est, et intus circum
prelio oppressa, et exterius insidiis circumventa. Itaque cum in cunctis
segnius cunctatio feda sit, tum in imperatore fedissima est cui et re-
rum plus et minus est temporis, atque ut nunc cesar dici solet brevior
dies, via longior. Ecce nunc cesar, sentio enim hoc, quod ibi agit
magnus quidem explorator amor est et magnus excubitor, in
consiliis vitam teris. Consilia vero nisi in actum prodeant, indi-
gni sunt cogitatus, et inanes cure. Cras incipiam post edie mo-
nebor. Cur non queso hodie, ita ne semper lux ventura sere-
nior, presens nubilosior. Nempe vatum maximus ut audisti
optima prima dixit. Prima autem presens est, quoniam preteritis preter
memoriam nil habemus, neque in possibilium consultatio est, ulla
est in futuris, nichil preter augurium et spei fallacis illecebras,
ut sint pares in reliquis, hec et sequens dies, mi ista saltem
prior eoque certior negari nequit, et illa quidem ventura utique
nos, an in ventura sit dubium. Hec certe cum abierit non redibit,
quod semper absentia querimus, presentia complectamur, neu nobis
in utile effluant caveamus, id cum omnibus utile, tibi necessa-
rium adeo cesar est, ut sine hoc qualibet industria seu virtute
rationarium imperii non absolvas, et cui minues tuorum Imperii
redditura sim, tibi Cesar cui ipse non dubitem quod ad te sepe exi-
tas, parum dura tibi videtur exactio, nulla qua sumpsius in-
patio acrior, nulla salubrior quin et hinc etati que te suspicit, ite-
rum oculos defixit, et sequentibus seculis quorum et diuturniora erunt
et liberiora iudicia denique et Imperatori illi eterno, qui hunc tem-
porali imperio te prefecit, non ut solium non ut sceptrum non ut im-
perii nudum nomen occupes, sed ut regnes ut imperes, ut afflic-
tis opem rebus feras, quid te subtrahis, quid in crastinum prorogas
hodiernum prodigus, nullus in hodierna necessitate crastino lo-
cus est, fac hodie quod incumbit, cras si quid emerserit vel tu
facies vel alius, non deerunt temporibus sui duces, et ut desint in-
qua aliene iustitie reus fies, tu ne tempori tuo desis, cura, porro cras is-
tud quod suspensos tenet, et incertos facit quodque quasi venturum
expectatur, iam preteriit, nullus enim preter primum dies
non dici alterius cras fuit. Vis audire quid hic adolescens poeta
quidem dicat. Cras hoc fiet, idem cras fiet, quid quasi nempe magnum
diem donas. Sed cum lux altera venit, iam cras hesternum con-
sumpsimus, ecce aliud cras egerit, hos annos semper paulum erit
ultra, Nam quamvis prope te et quamvis temone sub uno.

S Vertentem, sese frustra sectabere, tantum tum rota posterior ti
ras, et in axe secundo, quid igitur an etate persius, inexperta et
acerba publicam certitatem funditus introspexit, nec id etas ma
turior non videbit. aperire oculos et figere aim oportet, ne fal
lamur et errore, qui corrigi nequeat implicemur. quid vero ne
hostiatim poetarum domos ambio, nisi ut que forsitan mea vox
auctatis in ops non tenuisset, tantorum testimonio moneare, Nec
poetarum aut phorum fuit, Qui non idem et diceret et sentiret
discordes in multis hic conveniunt quod si oms taceant aut negent
certe ut dici solet ipa res loquitur, et si dissimulare quisqm velit,
sent vel invitus, sic in foribus experientia est seq; vel conniventibus
veritas ingerit, proinde ut reliqua sperni possint, que quid sper-
ni tali ingenio tamq; incorrupto iudicio no possint, an in ea
ipa saltem quam mo dictabas Epla non advertisti, sextu im-
perii tui annu acti, quid tu igitur an sextum forsam, et quinqua
gesimum expectas, augusto cesari duntaxat id contigit, nescio
an optandum sed sperandum mie Venisti cesar post exhortationes
illas meas, ad Italiam, tunc ego michi particeps glorie visus eram
eo quod cunctantem quoque tardipedem calcar impellit, Venisti misit atque
ut tibi de celesti ope confisus, repromiseram Invenisti aperta et
prona omia, que obscura et ardua videbantur Intrasti me-
diolanum inde romam, in quibus geminum dyadema sortitus, erectis
in spem magnam pplis, atque urbibus, subito in germania receas-
sisti. cur autem aut quis te error aut quis horror pertulit, an forte
quorundam seditiosorum motiunculas timuisti, ad hoc asscivum aius
esse debet, ut quisque navigaturus tempestatem cogitet, nesciebas
quod nullum sine fluctibus mare est, nullus sine ventis mons,
nullum sine curis imperium. Viles scipiones ab exercitibus despectos
suis, militumque perfidiam nunc perditorum, nunc qm illa res tulit
ppria etiam morte vincentes, alexandrum cacco suorum seditiones
et latentes ~~dolo te~~ dolos ac molimina opprimentem, Sociumdiq tuor
exempla lecturus Dis Julius cesar unus a toto circumvallatus
exercitu, modo no timuit, sed timeri etiam potentissimo aug atque in-
domita virtute promeruit paucorumque supplicio uniusque legationis
ignominia et saluti omni consuluit, decori pprio Quem imitatus
allexander primus Romanus Et ipse sepe noxios milites supplicio dedisse
et tumultuantes legiones integras exauctorasse legitur, in signi fi-
ducia et interdum memorando discrimine ut aliis frementibus
ferroque minantibus diceret, deponite dextras contra hostem erigendas
Si fortes sitis me enim ista no terrent, Si enim unius hominis occide-
ritis no vobis deerit res publica, no senatus no pplis R, qui me

De nobis vindicet / Augustus Cesar tot petitus insidiis vel senecitate / vel lenitate sua / tandem omnibus finem dedit / mitto alios ne occupatum animum longis hystoriis implicem / ad te redeo tantis sepe periculis / non tantum salute solum sed etiam gloria exceptus / quid vidisti / sive quid audisti quod te talem virum stirpe progenitum / tanti assue factum rebus tamque alto de culmine despectantem / res humanas / e tranquilla cesaree servitutis arce deiceret / nichil magnum nichil grave servitutis arce deiceret / nichil magnum nichil grave videri debet animo qui subire huius imperii molem pondusque non timuit / rem omnium maximam transegisti / quo die nomen imperatoris ac titulum suscepisti quid summis meritis pura perturbat

Sed forte respondeas / non terrore te hinc pulsum / sed amore illuc tractum / cur non essem et licitum quod in patriam amens ac profecto a viro virtus ut vult Cicero / sive a virtute vir dicitur / nil hac vere viro carius nil amabilius esse potest / qua amissa non modo quod hanc optimum amissurus sit / sed desiturus etiam esse quod fuerit / licet igitur te nunc patria alliciat / in ista te vix pertrahit / videtque de officio tuo / hoc est de imperio tuo cogitare / si enim de minoribus loquens nullo casu arbitrator / apud Ciceronem Lelius / hoc constanti homini posse contingere / ut ulla intermissio fiat officii / quid nos de supremo et maximo officiorum omnium arbitremur / nichil omnino eminere potest quod inter obliviones excuset imperii cure alie te exornant / hec perficit / verumque facit Imperatorem

Itaque huius et reliquarum vero una res est / ceteras forte dissice posses / vel abicere / hec dum tui memineris / ossibus semper ut prior dies hereat oportet / illic enim decus hic debitum tui deesse preter curam glorie fideique respectus vocet / nam quod ais idem tibi licitum quod michi / non ita est / multa michi licet que non tibi / sic et famulis multa meis licent / que michi sunt vetita quantum crescit honor / tantum licencia decrescit quantoque hiis gradibus ascenderis tantum illis descendisse noveris / te sis

Imperator quid fundator imperii dixerit in maxima fortuna minima licencia est / quid quod patriam ipsam tuam nullo modo magis ornavis quam ipsius ex latissime divulgando / Si alexander se intra fines macedonie tenuisset / non tam notum macedonum nomen esset / quis putas magis amet uxorem an qui omnium negligens die noctuque in illius heret amplexibus / an qui ut illam honeste ubertimque educet / nullam peregrinationem refugit nullum renuit laborem / est nisi magnus amor odium sit / Ruque roma magis amavit affricanus quam dum illa relicta adiit carthaginem / Molles affectus et exterm monitus

Coniugii natorumque ac vulgarium amicorum, aliis consiliis semper
adversi sint, obstruende aures, ulixeum, in more ut in portum
glorie syrenum inter scopulos evadamus quid quod hec ipsa quam
dicis, sunt quid sed iam patria tua non est, ex quo primum ad impe-
rium pervenisti aliamque nascendo, aliam renascendo patriam es
adeptus, audisti ut alexander idem macedo regno accepto non
macedonie sed mundi regem se dici iussit a quo ut multa precipui,
sed unum hoc magno animo gestum non inficior Idem ne tu feceris
olim patrem regni viduitas inhibebat, quod abitu tuo deseri vi-
debatur, et si quid humanitus accidisset, ad alienas manus per-
venturum, hanc seu iustam seu iniustam excusacionem propria di-
vinitate sublatam vides, que tibi et imperio expetitum notis
infantem, ex augusta thori consorte largita est, habet iam
Bohemia suum regem, tu italie mundique rex, post tercium lin-
quendi orbis, iam securus et patriam et solium tuum pete, nam
et si secundum apostolum suam manentem hic non habemus
civitatem, Si tamen quod in terris patria est tua propria, Cesaris
domus ac vera patria, roma est, cum et cunctis omnium est patria, rerum
caput orbis, atque urbium regina, nobilisque tam fertilis exemplorum
ut conspecta facile animos excitet detergetque rubiginem, Quas vero
nunc more causas anticipabere, quibus ne demtepus te compedibus
tentum dices, Nescio quid romano pontifici pollicitus, nec una
do interposito quasi muro valido, seu monte medio, romane urbis aditu
prohiberis Sic et summo principi suum imperium et summo imperio
suus princeps, quoque iacturarum omnium maxima est, tua tibi liber-
tas eripitur Sed iurasti quod utinam non fecisses sed fecisti,
dispensatione opus est quod in plano hesitas, quem unus videt
sepe idem sepe alius solvit Quid refert unde redeat libertas vel
redeat modo qui impendunt expediet, Si is nolit veniet qui vo-
let quo modo aut nichil ad rem modo, ut velit, seu tua virtus
amorem seu stuporem gloria, seu timorem paritura felicitas,
Nemo est qui iustum ac famosum et felicem principem vel
non amet miretur que vel metuat Denique vetus est verbum
multis itineribus romam peti, Si terpes, nullus non satis te-
nax laqueus est Si te moves, rome tibi exciderunt ten-
diculi, tuque non tantum liber sed ut par, mundi dux atque hominum
rector eripueris neque soli tibi, sed humano generi quiescis
libertatem, Theotonice animum ipse moribus alligat validum
fervente que cohibere, maximus labor est, excute torporem,
cernes illico cuncta facilia, aliogquin torpor ipse pro vinculo
erit, Nemo leporem [illegible] telis nemo visco aquilam rapi

Vidit Quid tu nunc aquile morantur quid tui musitant leones
facile in seruitutem trahitur qui libertate se indignum credat atque
liberum se nouit non ante libertate priuabitur quam vita ymo
ne tu quidem vita enim spoliari naturam est libertate secordia, nunc
vero quenam ista superbia principem romanum publice liberta-
tis autorem, libertate priuare, ut cuius esse debent omnia ipse non
sit suus Quo enim liber suique domini est, cui sit interdictum ire
quo libeat, cuius dico ymo quid cui sue domus, limen obstrusum
sit, atque ipse ut proprie dicam, quam longissime relegatus In-
telligis cesar non quod dixi tamen, sed que dicere volui, Multa n-
occursant nisi verear ne superuacua tibi sit, michi periculosa
narratio, Pat odium, Iam pridem pro veritate contraxi studio
inimicos querere non simplex amentia est, Itaque satis hodie
dixerim quam efflictanter tu videris, michi si vltra nequeam
satis est, et etati mee et posteritati, insuper fideli officio functum
esse, quod et sepe olim fecisse videor et si quid deerat hec di-
es impleuit, nec dum tamen curam illam attigi, que animum tuum
semper grauiori negotio vrgere Sepe oculos lacrimis
implere debuerat, nonne enim vigilanti sopitoque tibi occur-
rit hierusalem vidua inops captiua sua insessa, que nullum
iam nisi ex te poscit aut sperat auxilium Inter hec tu somnum ocu-
lis aut palpebris dormitationem aut requiem temporibus prebere
expergiscere imperator hora est, ymo vero iam transijt, attila
et virtuti iam celerem ingemina vt segnitiem velocitate compe-
ses, Surge nunc surge Iam Imperator surge et clamorem
vrbis atque orbis te vocantem exaudi, Confrica oculos et circum-
spice Imperator, videbis multa que corrigi velint, et non
intelligas non tibi hoc nomen impositum ut quiescas, michi
quidem in epistolis omnibus ad te missis stilus idem et materia vna est
exhortatio . s . increpatio, querimonie et verborum stimuli,
unde oro ad quo michi non semper exorandus atque vrgendus,
sed cohercendus alius videare, et interdum freno non semper calca-
ribus eguisse, aristotilis disciplina est, quam tu michi videtur
in effigiare, ut qui in altero extremorum peccare solitus fuerit,
sese in contrarium trahat, quod tortuosa lignorum dirigentes faciunt
ut verbo vtar eius, sic enim ad medium et ad rectum facilius per-
uenitur, Hactenus quo mens tulit nunc restabat ut Epistole
tue satisfacerem sed quoniam tu vis illud vis secretum, ego autem
hec nota cunctis velim, diuidam res diuisas et quod ex me
flagitas seorsum leges Vale cesar invictissime et sepe oro co-
gita quid mundo debitum quid principi, Mli xi kl Apulis

Ad eundem commendatio instantior amici Epla tertia

Vetatus transire detinueram sed cogit ut loquar non minus
tui reverentia quam eius amor, pro quo loquor. Miles
hic tuus et amicus meus olim meis in literis tibi fiduci-
aliter commendatus fuit, non quod vel ille vel tu vel ego michi sim
ignotus, sed sentiens apud maiestatem tuam humilitati mee grat-
iam non deesse, meum rebar non tacere quod sentirem, ad tuum decus pertine-
re dixi testor et repeto, plurimum huic debes, nec tu modo sed impe-
rium, tuis [illegible] stilos notescunt tibi, sollicitudo fides et industria,
de nullo homine sperat nisi de te, hic talis vir ita de te meritus,
inter multa pericula, infatigabili tamen labore cottidie senex reddit,
nulla re auctior nisi etate in dies senior, tunc non in dies di-
tior. Da obsecro libertati fideique mee veniam, nunquam nisi fi-
des multa esset, tacita suppeteret libertas, tuum est cesar ut cal-
care improbos, sic bonos attollere, fac ut hic vir fidus ac nobi-
lis, qui iuventam suam, pro tua republica tot laboribus atteruit te
duce, teque auspice possit in senectute quiescere. Ad bonito-
trum gratulatio quod e procellis in privatam portum
sero licet evaserit Epistola Quarta!

Nam sero licet, optime vir vivere incipias, grande, sat-
is est enim non incipias antequam desinas, quod certe ut audi-
dit, ante desierunt quam inciperent. Iam classico non ob-
strepente nec frangentibus curis, integros et tranquillos et placi-
dos somnos carpis, iam letos dies securasque noctes agis, iam
in portu navigas, et post tergum respiciens turbidas et ancipi-
tes procellas tremis intrepidus, prius statui tuo cunctorum petitum
mirabar, et si forte oblitus felicior videretur postulasti in tempes-
tatibus et in bello mori, Ecce iam in pace morieris, in pace vives, oc-
cultum divine providentie munus agnoscito, longe consuetudinum
insito expliciturum ac fortasse ut est animus hominum, sepe rerum nescius
et periculis suis favens, vel te in initio te ventus optabilis pa-
trie reddidit, ut ad eternam illam patriam unde nunc exulamus,
liberior sit ingressus, o quanto tibi melius accidit quam sperabas,
et pelagi monstra et syrenum cantus, surda tua aure transisti,
et salva, quippe Scillam et Caribdim ac multa cum laude curiarum
fluctus et scopulos evasisti, iam in privata tua degis. Iam denique
tuus es, o studiosum o beatum te si quid fuis quid ne sis novis,
Vale Mediolani VI kl febr. Ad eundem de senectute et mor-
te non modo fortiter sed lete etiam obeundis Epla quinta

Audio te in senium valde descendere, alta est enim et spectabilis
et quod omnes consentiunt venerabilis senectutis altitudinem

Verum nosse adolescentie lubricum iter ac libidinum et irarum nebulas
supergressa / celoque propinquior / quietiusque suspicere reliqua etas so-
let / Nam sub pedibus habet ac despicit Curvet illa humeros
licet / generosos certe animos attollit / et quod quod qui nichil preter cor-
pus cogitant / oculorum fallaci iudicio curvam etatem ac de-
pressam putet vere sublimis et erecta est / itaque senuisse do-
leant qui spes omnes et felicitatis sue summam / in corpore posuere
tu ad eam etatem pervenisse gaude / cui maior sit animi cura quam
corporis / quid enim Iuvenis quasi in adversum remigans summo
nisu et magnis viribus faciebas / erite ut secundo etatis alveo navi-
gans / et quibus oppugnaberis adiutum / nullo iam labore facis /
Insisterem sane curiosius hinc loco ut omnes qui videntur au-
ctores ac molestias senectutis exuterem / nec gravaret tibi hunc
calamum et hanc unam diecula prestare qui michi prestitisti /
nisi ipsa et senectus satis apud Ciceronem a Cathone non excu-
sata tamen / sed laudata est / et ego te fortissime senescentem / nullis
hortatibus induci posse arbitror / Ut fortiore aut senectus super sum-
mum enim nichil est / quo sit locus ascensui / huius ego se positus /
que sequuntur exequor et quanto cum gaudio / me illam epistole
tue partem aspexisse extimas / ubi ais te assidue mortem intre-
pidum expectare / o docto viro et vere te dignum verbum / mortem
timeant qui vivere nescierunt / tu qui sic vixisti ut non in utilit
natus sis / non tibi / non patrie non amicis / cur queso mortem
timeas quod tibi quid aliud / quam defessum corpusculum et cum eo
multum laboris ac tedii ablatura sit / anime nil amplius nocitura
vel nomini / Mors quidem ut malis omnibus / suppliciorum introitus
voluptatum exitus / Sic bonis quorum ego te minimus fident
asscripserim laborum finis et vite melioris initium est / Igitur
igitur ut facis / nichil trepidaveris / senectus et mors liberatrices
sunt humani generis / aliorum morbos qui insanabiles et pe-
ne incurabiles sunt / prima mitigat Secunda convellit prima
a malis ac laboribus abstrahit / Secunda veris bonis et quieti
nos inserit sempiterne / Quid de morte presertim quam a multis
infamatam video forsitan dicere non auderem / nisi plotinus ille
platonicorum princeps ut sileam ceteros / et sequuti eum aliquot ex
ducibus nostris nominatim / Cyprianus et augustinus id dicerent /
misericordiam quandam dei esse nos fecisse mortales / et ut plotini
utar verbis / misericordem patrem vincula nobis fecisse morta-
lia / Bona igitur senectus que iam iuxta tectum est et mors me-
lior quam expectas / ut enim mors peccatorum pessima / quod petra
ait / eorum intelligo / quos peccasse non penitet / sed delectant

Re si proprie nimis acceptum sit, omnes homines piscatorum appellatio
apprehendat. Sic optima mors iustorum, hec haud dubie. Nam
propinquat, nam cum nulla etatis de vite longitudine certa sit,
hec de ultimitate mortis certa esse non potest, bonum ingens sed ig-
notum vulgo, tibi nunc ob viam venit, Imple feliciter tuum non,
et bonum contra non modo intrepidus, sed exultans valde repertum que
non mestus, ut magna pars mortalium, hoc qui mori hoc est non
obsequi pena, sed letus ut pauci, quasi magnum aliquod dei mu-
nus amplectere, teque de multis vite tempestatibus notuis, aureis
in portum non in scopulum nebri tredis, neque quod et si malum esset
declinari nequit exhorreas. Ubique quidem omnes ibimus, ire omnibus
est necesse, sed ubique impavidi, pavere enim non natura rei, sed opinio
est animi, non rerum acerbitas, sed imbecillitas singulorum. Alioquin
omnes pavidi morerentur, nec in civitati ubique et cunctis terris ac
seculis ante retro tantum, innumerabilis turba est et qui nati sunt,
et qui nascentur diversis gradibus unum finem petunt, ab egressu
materni uteri, omnes ad hoc iter destinati sumus, hos ipsos vel
etate timidos vel regno conditionis oblitos, et in mortalitatis
spe, ventosis erroribus conceperunt, vel sequi oportet. Vel precedere
eorumque mestius, quo et raditus hic altius egerere et illic tulti pro-
missumque minus est, quam obrem cum omni vite finis densa nube
obsitus, cuiusque omnibus certa necessitas, nulli preterea certi explora-
tusque quidque sit. Sic instituendus est animus ut hoc ipso die
tranquillus expectet, et hac ipsa hora quietus omnium annorum
series innatur, nam quod oro te refert, hodie ne an cras
an vero nunc fiat an tardius, quod utique cito quam fieri oportet
usque a deo, quod impossibile sit differri, hec subterfugia et has mo-
rulas, humana ne quidque captat ignavia, que unmedi aunda,
vixisse contempnit in gratorum more, quidque importune am-
biunt, fastidiunt consequuti, sic est longitudo concupiscitur
et si nichil in hac brevitate longum sit. Esto autem utilisque con-
tigerit exoptata diuturnitas, postquam punctus ille gravissimus
migravit, et solutionem longevum uinculum nimis mortis, quo
quid habet amplius, qui centum vixit annos, quam qui ab u-
bere ad sepulcrum rapitur, cum quo et utriusque finis adest et tempus
utrumque preteriit. Audivimus sepe morientes senes dicere, videri
sibi iure unum diem integrum vixisse. Profecto inter bre-
vissimum hibernum diem, ac longissimum nestore tempus vite,
tantum ad exitum nichil interest, ubi ad metam et utriusque
ut sic dicam ad vesperam ventum est, at atqui illa esse ut
dixi vitaeque spem quam rem ipsam pluris fieri, facile de stultorum

Votis lamentis quam tollitur Sapientum vero nec in iuste que-
rimonie nec in ania vota sunt, quibus persuasit felicem
fieri non vite spatio sed merito, non fortune presidio, sed vir-
tutis que cum ita sint ad summam sic habeto nil meletius au-
diturum quam hunc talem ac tui statum Quid enim si opibus
in mensis auctum in obsessum et oppressum dicam Quid si
factum Italie regem sacrem, quam breue gaudium quia ca-
ducum regna opes et quidquid omnino fortuna tribuit, nouit
eripere, fingatur fortuna liberalior quotque perrarum est,
usque ad exitum amica figatur rota illa volubilis tuus pia
in auditi fauoris obitibus, morte saltem, cum nulla liberali-
tas fingi potest, linquenda imperia deponende diuitie, nudis
Omnibus nudi veniunt redeundum, In hunc vero tuum animum, nil
iuris habet fortuna, nec mors quid ipsa, hic te in finem
et post finem comitabitur teque in celum Vnde sibi origo
est virtutum alis attollet Ego autem magnanime vir, ut ci-
tissime gaudeas, magno studio tecum quoque animum, victor induere
et ipse iam videor induisse, vmo viuum et valeo, si qua multi-
tudo integra, si qua vita mortalium vera est, Certe si tu
letifero gradiorum, glari ausim, et ipse cottidie descens ad
senectam, et magis in dies frustra formidatam et inevitabilem
illam horam metuo paratus te in senium et in mortem sequi,
vel quam moriendi nullus est ordo, si exalto datum est ad
mortem, nichil ipse quoque nisi fallor, metuens aut hesi-
tans ante te Ceterum dum hic sumus utere me precor,
ut re tua et si quid forsan ex me cupis Iubendi tuus la-
bor parendi delectatio mea sit Vale Medioli viii kl. mar.

Ad Johannem olumcen episcopum Imperialis aule can-
cellarium laudantem eo magis esse fidei quo plus
fuit amorum Epistola Sexta etc.

Vide hoc michi ut dux ac preceptor meus, me magistrum
et dominum suum vocet, nisi quia magnus sui obliuiosus,
nichil meminit nisi quem diligit illum scilicet qualem vult
fingit, illum attollere nititur id si nequeat ipse, descendit denique
modis omnibus illum sibi equare contendit, tibi enim, nisi tuos e
puluere erutos, supra verticem tuum loces, nichil est optimi, Ego
vero quo me altius extuleris humilior fiam, neque me vnquam
tanti viri fauor, mee conditionis inmemorem faciet, olim te in
dominum preelegi, magnum enim te non mea fecit electio, sed ingenii
tui vigor et industria, de me tempus igitur quecumque me facito, rem
tuam in alto uel in ymo ponere tuum fuit, meum esse nosse ipsum

Me et res meas. Neque tamen facile de me ipso, plus quam michi credere, eoque minus fidei habere meis laudibus, quo me plus laudator amaverit, crediderim tamen tibi, tam pio affectu, tamque urbane digito habeo te felicem tali amico, me tali iudicio fortunatum reor. Multa mihi cogito, sed occupato ingens tempus breve est, et preterea multis sepe et magnis ad Cesarem epistolis habunde oculos tuos occupaturus videor, ac linguam que illas ut auguror sacris auribus inferet tuam. Sicut calamo ardenti et pluma satagenti, si paulo liberius frena momorderit, ut ignoscat queso, attendit et bucholicum carmen, quod integrum ante te nulli per miseram habere, videre autem multis. Cuius expositorem vel potius expositorem vel simul has velim, et quod non prius sperare incipiam quam Cesarem nostrum, meis tot undique clamoribus experrectum audiero reliqua ex eo qui has tibi literas dabit percontabere, omnique ut primis mearum rerum gnarus ad te venit, de quo nichil aliud, nam nosti omnia nisi quod inter precones tui nominis, quos multos habes, non facile cuius quam altior tuba est. Vale feliciter nostrum decus. Mediolani xii kalendas aprilis

Ad eundem commendacio amici epistola vii cetera

Quod ex meis multis ad te litteris intelligere potuisti, divulgatus sic adeo erga me tuus est amor, ut omnes quicumque favoribus tuis egent, meo videri egere se existiment interventu, in presentibus cognoscam hunc, et sua michi virtute carissimum ardentis ingenii Iuvenem, amplissimeque facundie qui missus a patruo, ad Cesareos pedes venit, tibi et per te principi commendatum cupio, in his que iuste optavit. Cesar quidem nisi fallor amare totam prosapiam illam solet, tu bonorum omnium adiutor paterque et susceptor semper fuisti, et sic nil magis quam tuorum munus esse ac dici expetit, non possunt homines creando similes deo fieri, sed amando adiuvando sublevando sustentando miserando promovendo preclare. Cicero homines inquit ad deos nulla re propius accedunt, quam salutem hominibus dando. Cuius vero mortalium proprior deo esse, quam summus hominum Cesar debet, nempe qui humane nature verticem tenet, consequens est ut proximus sit divine. Te sane proximior nullus est Cesari. Hic autem pro quo rogo vir industrius est, quique ope facili possit ascendere et cui si fortuna assit, natura non defuit. Iuvenis tamen adhuc in quo nondum est quod futurum est. Sed quid loquor aut cui loquor? Illico ut hominem videris cognosces et an me amor fallat intelliges. Vale.

Ad Imperatorem Karolum gratiarum accio pro transmisso cratere aureo et ad se vocante

Aliqua spes eundi Epistola Octava :-

Tnamores multo, quam pro votis nostris fortuna, literas tuas Ce-
sar aliquot mensibus postquam date erant ad me novis per-
venisse, simulque tartheta preciosissimum, quem michi auro
solidum atque asperum signis, ut virgilii verbis utar non
nescio quid, sed tue sortis munus eximium destinasti, O non homi-
num sed rerum omnium sortis stupenda, Vasculum insigne materia,
insigne artificis ingenio, sed super omnia ore cesareo consecratum,
a tuis in meos translatum usus, quibus ego illo quidem non tam
utar hoc tempore usu quam libabo, dicerem ad aras, si nobis qui
veteribus mos esset, nunc vero mensis lautioribus, rarum ad spec-
taculum adhibito dies festos exornabo, habebo illum in deliciis,
ondam invitabis amicis et gaudentibus, nec minus eque auream
epistolam tuam, qua ad tue humanitatis meeque licet immerite
glorie, certam fidem, dum vita comitabitur, asservabo, quoquoties
quis, quod tu bonus, ego felix sim, probare voluero, ad iudicium illa
vocabitur, denique semper tali munere gloriabor, pro quo grates
agere temptarem, Si autem michi satis virium ad exprimendum
tam vehementes animi conceptus, aut tibi ad tuorum affectus
intuendum, opus esset, quid vero nunc ad literas ipsas dicam, tu
qui regibus Iubes, qui gentibus imperas, tu me rogas Cesar,
ego autem tanto magis precibus moveor quam preceptis, quanto
maior est tua virtus quam imperium, Sed quid fiet huic animi
promptitudo, huic rerum perplexitas multa est huic me enim que-
so, tot mearum epistolarum clamor mutus pervenerit, ut vocatus
totiens, tamdiu, tamque anxie, tamque a multis expectatus ad ex-
tremum te vocantem, ad te votes, quodque in laudibus profiteri tua
dignata clementia est, desideres expectes, quid hic nunc fiet Ce-
sar tu me in germaniam, ego in Italiam te voco, tu auctoritate
me superas, ego te causa, tu me ad delectationem honestam non
inficior, iocundamque, ego te ad virtutem atque officium necessarium, ac
debitum usque adeo, ut ob hoc unum in lucem editus videare, tuum
exequutio te felicem, te clarum posteris transmissura sit,
parere tamen est animus et ita mecum, tuo Imperio unum debet
velim. Sed plurima obstant, primum estas, sic nature mee hostis
in hac temporis parte non vivere sed languere quodammodo videar
ac torqueri, que si michi molesta semper fuit, quid nunc pu-
tas, qui minus estum forte metuam, sed laborem magis, numquam
tam Iuvenis quidem fuit, ut nescirem me senescere, sciebam
vero sed nec senciebam, quin hactenus ceu qui navi vectus
dormiens secundo alveo descendit, nil senciens precedebam, Ecce

Iam senium etatem incipio sentire, fragilioremque et in dies tardiorem
fieri. Attendit quod et si tu omnium maior, et si unus ille penes quem
iam dudum ago non modo licentia daturus videatur, sed ut
cum eius novi ipse quoque venturus, si tu iubeas. Michi tamen
dum sub umbra eius licentia opus est, verum hoc non magni-
fico, quia ut dixi, michi ille nisi fallor negaturus domino suo sit.
Quid libellis autem meis faciam, quorum michi et si non ni-
mium, at pro ingenii ac doctrine inopia satis est, quibus et
si forte onerer potius quam oner, longa tamen consuetudine
sic affectus sum ut sine illis esse nesciam, huius transvehendis
ut vides cesar non alpium sola obstat asperitas, et longissimi
labor itineris, sed predonum metus et viarum mille pericula,
quorum extimatio sepe quidem ad illud sapientis hebreorum
flectere animum me cogit, ubi cunctas res difficiles pregnanti
brevitate pronunciat. Hic est enim et sic esse qui dubitat iu-
nat modo et ante senium intelliget, nam profecto si senuit in-
tellexit, alioquin non senuit, michi crede sed marcuit, atque
senilis clausum iter longum egit. Dicam tamen inter tot diffi-
cilia et perplexa quid cogitem, si cedente estate et superio-
ris mei fidelis tui consensus, et vie comes affuit, veniam
cesarque tibi placitam moram trahens et librorum et soda-
lium et patrie absentiam sola cesarei vultus optata multum
michi presencia consolari. Vive feliciter et vale cesar noster,
Patavi xv kl. Augusti. **Ad eundem iterum atque insta-**
tius evocantem spes tercior obsequendi epistola x

Vicisti cesar et longe vie duriciem, et senectutis animi
segniciem fregit humanitas tua, expectabam dif-
ferebam, dicebamque tantus meum preceptum sui
promissique mei forsan obliviscetur. Certe interim gesta
et nature tantisper mee et etati et lassitudini morem ge-
ram, fessus enim rerum fessusque animi sum, cesar, fessus omnium
fessusque negotiorum, fessus ad extremum mei utique, afflictus
ille senex ait factus sum michi metipsi gravis et ut veris-
sime dixerim ipse sum pondus meum, sperabam tot gran-
dibus ac profundis curis ex toto orbe cottidie in tuum pectus
tui fluctibus undique et altissimum quoddam mare fluctibus, exiguum
nominis mei opprimi facile posse memoriam. Michi vero preter im-
perium tuum, cui omnia debeo, nil prorsus antiquius est quiete
optimum ubique semper animi, a prima etate quesierim, nusquam
reperio, quoddam et funus nunquam spero, donec illam in hunc
vite tempestatibus queram, quam cum ipsam reperturum

Me illito, ut in sua sede quieri ceperit, non diffido sed illam tibi
querere, quot in alto habitat aie patre, atque in diversa distracte
insuper, et ponderibus suis presse, et interam prone, sub difficile
nitor, sane et sepe sub hac spe verbis damitis, ne coherter
convertere animia mea in requie tua, quis dominus benefecit tibi, ut
viribus fisus meis tercius spiciens quam auxilium exterum et tum eodem
illo rege suspirans dico, Quis dabit michi pennas sicut colum-
be et volabo et requiescam, Sed interea laboriosam hanc requie
qua datur amplector, illam alteram cogitans ac suspirans,
Itaque tibi tui, ut vultum tuum meum sit animum notum velim, meum
terrene ingenue fateor, et si nichil sit quod libentius videam
quam te, presertim si non in extremis terre sed expectantis te Italie
claustris, adesse me iubeas, tamen interdum singula versante atque
omnia librantem in animo, habuisse ut meo silentio, et tua oblivione
te fallerem, o quid dixi o quem fallerem, meum atque omnium si
domini, si utilis fallacia videbatur ignoranti, tui usui tibi futurus
sim ut dixi libentissime quiescenti, Verum id video frustra est
nimis enim, ut acuti ingenii maturique consilii, sic tenacis quoque
memorie es Cesar in hoc ut in multis primum illum Cesarem se-
quitur, ad quem Cicero loquens, memoriam eius implorat, qua
valere illum plurimum dicat, ut qui nil soleat, nisi in iniuriam
oblivisci, que cum ita sint, non est amplius dissimulandi locus,
non passum tercio me vocantem romanum principem non au-
dire, Satis superque non insolentie dominus testor sed in hertie
fuit, non statim primo iussu paruisse, Ecce me iterum Cesar vo-
cas venio tecumque ultima in veniam patrum visere, non semel aut
iterum, sed sine intermissione diebus ac noctibus te vocantes, Va-
le Cesar et glorie et Italie tue meorum et imperii Mediolani xii kalendas aprilis

Ad iohannem olimucensem Episcopum Cancellarium de eo-
dem nec debere animum puritatis sibi conscium alienis lau-
dibus de humilitatis sue sede convelli Epistola decima

Mirus es michi domine mirus es valde, nam quid oro
mirabilius quam in hac tua excellentia rerum omnium, tam
singularis tamque sublimis humilitas, in omni sermone tuo
modis omnibus te deprimis, quem nam que fortuna, que
virtue fortiorque dominus rerum attollit, que summus hominum, Cesar amat
quem mirantur Cesares, proceres ipsi venerantur, Roma-
num colit Imperium, et quorum primo sapientum an eloquen-
tum choris equet, an preferat in dubio est, Contra autem
me dum virtute nocui nec non meis laudibus obrutum in luce
rapis, et fando tollis ad sidera, quid nis novi, quod in ais

Audiencium omnis est defectus temporis in rebus ubi veritas regnat,
nullum Ius habet otio, me ornare facundie tue floribus
potes, mutare non potes, non si me Cicero ipse laudaverit non si
me demostenes, non si me maro, et si prestringere enim possunt
aliena audacia, an et michi oculos eruet ut me ipse non videam,
Cum ergo est quod olim scripsisse tibi videor, rem tuam quanti ius
preciis facere, meum est me nosse, de me nulli credere, et presertim
ausim carus, ut tibi hominum fueris talibus auris non facile qua-
tior, et si quatior non concellor, parvitatis quoque mee conscius, tam
fidei nulli habeo, quantum sine odio et sine invidia vita mea
famaque carpentibus, nisi te plane nossem, aut si que dicuntur
abs te, ab alio dicerentur, illudi crederem. Sed absit ut de tanto
viro, tam michi propicio, tam spectate fidei tam rare virtutis,
quid quam suspicer, nisi rectum candidum sincerum. Credo ede-
pol te loqui, quod in animo tuo est sed in animo tuo esse quod in me
non est, Ergo quod in reliquis tuis mirator animus, hunc unum
gratulor errori tuo, quem non defectus ingenii sed amor pietas
urbanitas, radices nobilissime pepererre. Sed ut desinam, ecce
venio, quando sit penitus cesari placet et tibi et venio non quod ais,
ut doceam, sed ut discam tuisque doctrinis et tuo proficiam ab ex-
emplo, Si quidem plato et Aristotiles et xenophon et tota illa
philosophorum vetus ac nobilis familia, non plus creditur socraticis
disciplinis profecisse, quam moribus unicatus in anima est quod
per oculos quam quod per aures introiit, More autem mee tempus
moderari votantur erit arbitrii, augur sane Imperatorem
meum cito michi vale, Dicturum, Si cogitare ceperit qua-
tum michi decrepito expediat, de me ipso de quo alta vita co-
gitantem ad Imperatoris etherei stipendium me transferre ac
ne forte tarditatem stupeas motem nosti meum, non tu hi-
rum dirne celo volantem, sed reptantem cum labore testudine
cogitabis Vale Mediolani x° kalendas Aprilis Ad Johannem

Ad Johannem Piccamen causidicum transfretantem gratia percipiende militie ad sepulcrum Christi dehortatio a tali proposito Epistola Undecima:

Malo consilium, quam facciam mea leteras, hoc enim amore
ingenio plenum est, illa ut super mores animique hominum odio
non vacat, profecto aliquod non fieri consilio, si factum
erit arguta, quod ne accidat, Jam hinc michi tibi providendum
est, magis quid cupio nullis te laudatum, quam reprehensum, scilicet,
idemque te optare non sum dubius. Volet enim ut gloria sit et
glorie cupiditas virtutem sequi, ad hanc ergo tendentibus vigili

Studio opus est, per singulos vite passus nec ubi pes aut labi-
tur aut deviet, audio ego te Ierosolimam profecturum velle,
sepulcrumque dominicum invisere, audio inquam et probo et laudo
et qui valde te amabam, validius amare hoc tam pio propo-
sito tuo cogor, nam quid hominum pietate prius quid antiquius, ac
que pietas iustior quam ut ei, qui pro te gratis sanguinem
fudit etiam posuit vitam, dedit, votumque tanti amoris in se
referas, et si maior occasio non assit, at loca saltem ubi ille te
amando, se neglexerit meori fletu et piis lacrimis riges. Sane
quod de hinc fama loquitur non laude, decrevisse te scilicet illic,
aurea que feruntur calcaria et militie insignia titulumque susci-
pere. Insolevit fateor hic mos unde ortus nescio, apud poe-
tam utique eius ferrate calcis est mentio, armate vero memi-
nerim nusquam. Sed esto vera virtus non in animo sed in habitu sit,
neque in gladiis sed in calcaribus sint vires, eaque nisi rutilantia fue-
rint, non possit vir fortis, quod ut puto non tam scriptis ante-
citis quam mani et ni fallor brevi consuetudine cautum est. Cer-
te si ad militiam hanc ipsam de qua loquor, quod ita fert usus
et opinio, te nunc tenera etas, forma sollicitat, non miror, illud
hortor, ante actum cogites an id tecto deceat, ut ibi creator et
dominus tuus, humilitate ineffabili ac stupenda, pro tuis tuorumque
generis peccatis coronam spineam gessisset, crucem subiit, mortem
tulit, illic tu stimulis aureatis, et inter conspicue cornipede
atque ubi frons illa sacratissima cuius nutu celi volvuntur, venti
silent, maria conquiescunt. Cuius signum felices angeli expectant,
infelices tremunt, fuso sanguine rubuit illic calces tuo fulvo
radient metallo. Ceterum tu ut libet age, ego ne alto consilio
res egeret prestiti, sic ne exemplo careat efficiam, Goffredus
dux virque adeo clarus ut et per ora hominum et per aulas, re-
gum Galliarum inter tres sectariorum ternos ut perhibent excel-
lentes, ipse quidem scriptus et pictus, christianorum tertium tenent locum,
terram sanctam adiit, expugnavit, devicit, et ad cultum vere fi-
dei reduxit, multoque illi feliciter successit hereditatem nostram
de manu fortissimi hostis eripere quam postis suis eandem ab ig-
navissimis custodire, sed hec transeo, neque nova michi
neque omnino nearum rerum querela est, ad id vero quod se-
quitur cor intende, nullo equidem pacto duci illi, et regni
animi et victori persuaderi quivit, ut regis nomen ac pur-
puram assumeret. Negavit enim posse ibi se, coronam auream
gestare, ubi Christus spineam gestasset, o preclaram modestiam,
o virum vel ob hoc unum ante alios dignum, qui Christi in iniuriam

Q[u]induitaret, qui si ille victor armat[us] sepulchrum xpi meo et aure victrici et emerita fronte contigere renuit qua fronte quo ve ore speramus, homo mei temporis non terrarum victor illarum, sed humilis et trepidans peregrinus, nudis aut pulverulentis calcibus, aurium pungit, non agam pluribus nec oportet, et licet forte quam plurimis, qui contrarium vel fecerunt vel facturi sunt, hac diffinicione displiceam, ego tamen nichil ut diffinitam diccionem dico, sed ut consilium ceptis abstinuisse, consilium meum est tam sapientie plenum utinam quam fidei, et si quid amico credis ut ad gloriam sit necesse aureo capulo gladium vibrare, aut equum et frenare et pungere, et quod sepe iam diximus tales habere, quas nec Scipio habuisse legitur, nec Cesar, aliquanto tamen honestius, reverteris faleratus victor ex acie iusta pro quam bello aliquo pro salute patrie ad defensionem iustitie suscepto quam a sepulchro xpi unde tanta humili letitia cum latinis sospes ut redeas malim. Vale.

Ad Guidonem archiepiscopum Ianuensem non dolorem ipsum sed patientiam doloris optabilem multa preterea quibus parantur in utilia prodesse aliis Epistola duodecima Sequitur

Nemo miser esse vult aut unquam voluit, non enim id recipit natura, ex diverso autem felicitatis appetitum perditi tali felicitate non perdimus, ymo vero tamen maxime felices fieri optamus, dum infimi sumus aucte boni desiderium, mali pacia et si quis ad quisque pe ulle videatur hoc volens neque ulle ad quisque pe, et ipsi quorum actus votis obstant volunt tamen, sed hoc volentes in adversis agit ignorantia viatorum more qui sepe quam petunt campe dibus vitam linquunt, nam et qui peccant faciunt quidem non sint miseri, sed felicitatem quandam in explenda libidine sitam putant, et qui sibi manus inicunt eo talle miseria fugiunt, sed falluntur non videntes brevium fugam, et in ethas miserias se celari, profecto aut nunquam misi vel misere vite odio, vel bene spe ad voluntariam mortem iter per inciosum aditum, stulta spes, nam et illud in id quod fugit incidit, et hoc quod cupit abicit, nempe sicut exuperare cupere animus non potest, neque si posset sani animi votum esset, sic eius si res poscat tolleranciam, et optare prudentie et consequi, pars est una felicitatis, esse quidem plena felicitas, nil miserum pati, nil asperum, nil adversum, affluentem prospero, lete omnibus scaturigo, quod tamen sperari in hoc calamitoso et flebili non possit exilio, proximum est quicquid acciderit forti animo perferre, et fortune ictus

Natie clipeo pulsare, hoc voluenti michi quantum meroris
egritudo tui corporis / tantum et plus gaudii, attulit ex debilitate
ac sanitas vigorque ad plus enim in hoc boni est, quam in illa
mali, quin potius si stricte loqui velim / multum in hoc
boni, in illa autem mali nichil et si molesti aliquid sed facile est
sanum et bene habentem de egritudine ac dolori preceptum dare aliis, sese
autem solari et assensu proprii doloris avertere, aliquanto diffi-
cilius, non in omni grabato possidonius iacet ad quem quondam inter
egrotum magnus pompeius tunc et Rome verendus, et terribi-
lis terrarum orbi visendi gratia cum venisset, / ac superbus regi-
bus humilem se philosopho prebuisset, ille quam poterat tanto viro vi-
cem ut redderet honoris / inter medios cruciatus atque acu-
leos doloris audiente et mirante pompeio de hac ipsa famosis-
sima sententia disputavit, / nil bonum nisi virtutem / nil malum esse nisi
vitium, dumque loquentem dolor interpellaret, identidem ad se
versus aiebat / ut Cicero meminit / Nichil agis dolor, quamvis enim sit molestus, num-
quam te esse confitebor malum / videris ubi vim sententie repone-
bat in differentia mali et molesti, / sicut vir clarissimus inter bonum
et commodum differre autumat. Et profecto, si unum est bonum
virtus / et nichil est malum nisi quod oppositum bono est, cum
vitium solum oppositum sit virtuti, nichil omnino nisi vitium malum.
Sed omittamus ista magnifica / et loquamur ut ceteri, / presertim
cum et hec vel vulgo vel sensu iudice non probentur, et
adversa etiam philosophorum acie duce aristotele magno clamore disse-
ratur / leve est autem ut dixi assidentem ~~ego~~ egro sanum / disputa-
re et opinionum angustias, argumentorum flexibus inextricabilia et so-
nantia excutere problemmata / Sed fomentis non verbis dolor
tollitur, quamquam et verbis mitigatur dolor frangitur / sepe vel
amici increpatio, vel virilis exhortatio pudore vel ardore
sic armavit animum, ut inmixtum suo corpori supplicium non sen-
tiret, Sed enim tunc verba suum pondus habent, dum affuit
hinc docilitas audientis hinc loquentis auctoritas, Ea non te
magna est, quando qui loquitur / preter ingenium, experientiam
est adeptus / ut qui quisque aliquid passus tale, quod ab alio
exigit in se ante prestitit, tunc aut maxima et persuasiva, quod
loquitur, pati neque enim arguit sed demonstrat et astipulatur
dictis fortibus / prius dolor / et id circo ad omnem patientiam efficacis-
sime voces sunt / que ex ipsis cruciatibus emittuntur / Et
michi ratio suasisset alioquin forte non satis Cicero aucto
fidemque mihi pepererit / si quid non audires puto quam podagrico

Dolores perferens te alloquor, tuus obsessum oppressumque doloribus
sed invictum et magno animo resistentem, ut utrumque fides sit
ac docilitas non desit utrique sit ydoneus magister vel discipulus. Ego
in presens magistri vicem assumpsi, futurus discipulus cum voles, eius-
dem de re loquor, que nunc maxime in manibus est, nichil dico
quod non probem testibus, quoque quam vellem, loquor de dolore
quem acerrimum sentio dum loquor, usque adeo ut sepe per hos
dies Possidonii memor de eius opinione unde hesitaverim et
varie actus sim illuc, nam si vera complexio est, quam superius
audisti tu, non hec oro itidem vera sint. Si delectatio si sa-
nitas si membrorum integritas bona sunt, et quecumque bonis
opposita mala sint, oportet utique molestiam corporis et morbum
et dolorem mala esse, consequens est. Inter hec igitur viri
constantiam illius, non tam facile assequor quam miror, et ad sum-
mam sic me invenio, ut sepe ratio stanti sensus michi persua-
pacientiam semper sit, at ne super corporeum dolorem inquisitione
supervacua etiam animos affligamus, hiis difficultatibus stoycorum
et humane obiectis, atque sic positis in tempore ad fortasse tranquillius,
illud eximium inter tuos meosque nunc angores gaudium cepi,
quod in litteris tuis, non solum pacientie scriptum nomen sed exsculp-
tam vere paciam ipsam vidi, quecumque enim sit hec phylosophorum
nullum finem habitura discordia, in hoc unum et philosophi omnes et
experientia et veritas ipsa consentiunt, in rebus asperis, seu ma-
la seu incommoda dici mavis, pacientie unicum esse remedium. Indig-
natio enim et querele et muliebris eiulatio, et luctus preterquam
que viros dedecent, ipsum quoque dolorem non leniunt, sed acer-
bant, quod prosperis in rebus, seu bona illa seu commoda dici placet
unum est remedium. Modestia cuius freno letitie gestientis
impetum teneamus, de quibus simul remediis ambobus nup
nescio quid latius sed cum ut scriberem mens incidit, et
feci, quem libellum habuisses, nisi quia et ego iam scri-
bendi fessus, et adiutor nullus, amici enim vel absentes vel
suis rebus implicati, occupata seu longinqua michi dexteram
accommodare non possunt, quanta vero sit scriptorum fides, quan-
ta constancia, quantus denique intellectus experti sumus, polli-
centur plurima, corrumpunt omnia nichil expediunt, unde in me
quod in me quidem sentio, in aliis auguror, tepescit novarum ar-
dor inventionum metu in tecto, ne speciosas curas suas, aliena
fedet incuria, ille autem industrius adolescens noster, quem
inter tantas rerum difficultates, tres et xx^ti annos educa-
vimus, ut inquiescenti etati et laborum levamen et domesticum

Durus esset et gaudium, ille in o[mni]um eq[ue] illius meis ad te l[itter]is exaden-
dum erit mentis augurium, unicus vite labor unicus pudor unic[us]
dolor est. Contraque presagium meum id et s[...] si velit aptissim[us] v[ir]-
tuti hostis, pessim[us], moribus meis inimicus, contumax ac rebellis,
passionum servus, servator q[uam] libidinum, sed ferenda omnia ne illa
michi de qua loquor, quamque in aliis ~~loquor~~ laudo defuisse mea
in rebus patientia videatur, letus dicere non audeo sed feram vo-
lens ne coactus feram, neque vero ipse sum ferendus, sed cum for-
tunatissimus et maximus hominum augustus, tres ut ipse vocitabat
vomicas, suo de sanguine tulerit, ego in meo ad laborem nat[us]
habeo non feram, sic undique destitutus, ad illius frigii docti
hominis fabellam recurro, ut convenit S. ac speratis desertus au-
xiliis messem meam falce metam propria, hoc minus habeo
quam Esopicus S. senex, quod illi filius, michi nullus est comes,
Itaque quod et sepe sum questus et quotiens ad animum redeo queri
oportet, omnis labor omne opus, ad hos iam defessos attritosque di-
gitulos revertitur, omnis sarcina hos imbecilles omissosque premit
humeros, et hoc ipsum magno animo ferendum, respicitosque talibus
ascendit quo suspiro, iniqua tam invenis fui ut ad requiem me
venisse crederem cum illam sepe de quo hodie miror ubi non erat,
infelix et nescio quid cogitans, quasi per tenebras palpando que-
sierim, hec dixi omnia, ne me accuses, quod rem ad te maxime per-
tinentem non dum tibi transmiserim, cui et si non plena curatio at
levimen forte aliquod, et certe dum legis, occupatio quedam, malorum
que utilis inst[...] oblivio, Ceterum quod prius expletum fuit morbum
tuum odi, patiam amo, ut nesciam an optabile malum sit, si tamen
recte malum dicitur, quod te in experientiam tui ipsius et possessione
pacificam tanti boni duro licet tramite duxit, et sic oro age, ne te
defatigare, sed insiste, teque inter ipsas angustias increpa et hor-
tare, et obducta animum atque attolle, non indiges adiutore nisi ethe-
reo, ille aderit et dexteram porriget laborandi, quotiens ad eum
poeticum id ignaria pietate clamaveris Eripe me hiis ~~[...]~~
invicte malis, modo ne dubites ne diffidas, neu te humi fessum
inclines, sed ad celum erigas et memineris iuste opem implorare,
qui multo magis quam tu ipse tibi succursum velit, sed quibus id
optime fiat, ignotas homini vias novit, est ubi votorum dilacio
pars beneficii magna sit, Salutem optare nostrum fuit, modum
ac tempus in illius arbitrio relinquimus, cuius nec voluntas mutatur
nec iudicium fallitur nec potentia fatigatur, nichil de illius auxilio
desperes, etiam si oblitus, si tibi iratus appareat, de ipso enim scriptum est
cum iratus fueris misericordie recordaberis, familiariter confidenter

(fac)

Et vere dico, illud ulterosi senis memorabile et devotum verbum,
etiam si occiderit me in ipso sperabo, Ita dic ita fac Ita cogita
ita spera. poteris omnia si te posse credideris. non in te sed in ipso
qui te confortat, proinde quod soles age perseueranter eoque
promptius, quo proximior fini es, breve est iter, nichil aute breve
difficile, nulla vel precepes paucorum passuum via fatigatione
elicit, Contra autem solo aspectu via longior fatigat, et si pla-
na sit et quid putas Magna pars lucis acta est, falsis in gau-
diis in laboribus veris, inter spes ambiguas inter certa pericula,
et quantulum est quod restat advesperascit, Michi crede dum
confabulamur et circumspicimus, transit dies non sencientibus nobis,
respiciamus ad solem, fine ad esse videbimus, qui et si dissimuletur,
aderit tamen et quod plerisque viantibus accidit, hiis presertim qui ve-
hicuntur, ante expectatum hospes erit in limine, atque ultima nos
domus excipiet, Eundum igitur alacriter et caute, continentibus animis
viarum reliquie patiende, ac spe quietis, per mulcendus labor,
et quem huc loquendo pervenimus, ille michi ex multis viatorum
mos probatur, qui hospicio propinquantes cunt lentius, ut diurno
estu collectus fervor temperetur, itaque de industria gradum tenent,
flumantesque frenant equos, atque ita perveniunt quo pergebant,
ut nulla in parte vestigia festinationis emineat, Et nos qui
ferventibus animis adolescentie, pulvere mucete montana transivi-
mus Iam plano et solido redditi, temperemus ardorem, frene-
mus impetum, et ad finem sic tranquilli et placidi, et intrepi-
di veniamus, ut qui nos sero viderit vix illos putet, qui sub
meridie currebamus Si quid nunc etiam sub extremum duri est,
dico iterum, difficultatem brevitas consoletur, hec te ex parte
ipsum gaudeo, ut vix letius animo meo sit, si quid ego fortiter ege-
rim, quod tu, et id ad cumulum gaudii mei est quod hac in
re utilem tibi posuerit epistolam unam, quam ante tot annos
religioso illi seni scripseram, qui pressum se podagra paupertate
senio, et super omnia mei quoque qui longe aberam desiderio
in literis questus erat quorum tu duobus tantum pro permeus, atque
ultimo quod ego tibi plane aufferam mox ut belli fragor
bona fide quieverit primum ut sit aufferre possem, pati enim
te diucius non paterer Satis iam tue virtutis experimentum
habes, et licet ut in epistola dicebam, optanda patria, tamen quod
rigidissimi quique phorum fatebuntur, non optandus, sed
est ferendus dolor, In hoc vero te laudo, hunc curretem urgeo,
quando aliud non possum et epistolam tibi illam profuisse glo-
rior, quam an illi profuit ad quem scripta est, ipse tunc senserit

|| facere ||

Ego enim postea nisi semel hominem vidi, idque per breviter, penes-
trina sub arce, et michi solito letior atque equanimior visus erat,
tum in comodis suis omnibus, et cum senectute luctari, michi autem
sic gratus exiit, ut diceret, meum esse, quod sine lamentis in pace
senesceret et terribilem illum diem interitus expectaret, nec
in multo post obiit, quamquam illud vulgatissimum sit ut alii parata
prosint aliis, Relinquit opes filio, pater alienus et quod diruit
hostis parto fruitur, nec in hiis solum que fortune serviunt,
sed in quibus nullum Ius habere dicitur, id notavi et stupui est
enim haud dubie res indigna sed tamen, adeo ut sit in talibus
iam, admiratio ipsa mirabilis, et quoniam nec longior sermo meus
tibi de tedio esse solet, ut res exemplo eget insistam, nec enim
quam illos qui rei publice, aut militie disciplinam, filiis inge-
rentes, omnibus profuerunt, preterque quibus ante alios prodesse
decreverat, quod in libris quoque vel technicis evenisse video, ubi
illud mostri instar quod per prato, summi viri filius summis evasit,
sic natura vires attenuante, ut quisque quod defuit, deo debeat,
non patri possem duces reges, et cesares in testimonium addu-
cere sed non vacat, ad illa venio que libris complexa in omne
evum multis utilia in hiis ipsis quibus scripta erant, parum visa se
virium habuisse, Scripsit aristotiles ethice, libros ad niccho-
machum, quendam, sive ille scribentis pater ut quidam volunt, sive
is filius sive amicus fuerit, adeo enim nil sunt inquid fuit nunc
etiam dubium inter multos, quamvis Cicero filium indubi-
tanter affirmet, nulla re alia quam aliena natus industria
ymo vero ne sit quidem notus prorsus obscurum nomen, quid
nec aristotiles illustravit, Scripsit ad neronem Seneca et
quod miremur de clementia, qui libet quantum illi cui scribitur
profuit, toto orbe notissimum est, Scripsit eustachio filio ma-
crobius in Ciceronem commentarios, et saturnalium libros ope-
rosa volumina, in alterius prohemio, quicquid ipse per omnem vitam
legisset, totum filio esse vult, doctrine supellectilem et lectionum
penum, quidam ius ingenium suum eloquentiam labores suos illi
conferrat, successoremque illum. Et quasi testamentum facit,
non prime census aut augusti predii, sed eum bonorum omnium
preclara hereditas, sed obscurus heres, et nisi patris elo-
gio nominaretur incognitus, Scripsit virgilius Mecenati geor-
gicorum libros, ingeniosum et Iocundum opus, quo an agri-
colam effecerit nescium, Certe constantem illum ac modes-
tum virum, non fecit oratius, qui eidem utilissimas et sui
plenissimas epistolas, sermonesque gravissimos scripsit, nunc oro

Tot monitis / tantisque consilijs obtinuit / ut alius tingeretur
ut maturius loqueretur / ut prosperitate leve animum / iactante
consisteret longum est ire per singulos / ad supremum transeo / Cy-
cero tantus vir / Cyceroni fratri suavem atque artificiosam exhor-
tacionem scripsit / nunquam illius animum ab ea / in qua naturaliter pronus erat
iracundia / retraxerit / aut motus in subditos oracione compescuit /
Scripsit idem officiales libros / ad Cyceronem filium / nichil patris
habentem preter nomen / o quanta quanta refertos elegancia et gravitate /
omnia preceptis salutaribus plena sunt nulla pars operis stimulo
vacat / quibus excitet iuvenilem animum / et accendat quantum ad imitandum
saltem domestice glorie claritatem / quid expectas / qui Iulium
Cesarem studio partium infestum / et clarum victorijs et offensionibus
irritatum mollire quivit / et flectere / qui iudices / qui populum / qui
senatum fando totiens movit / que saxa moturum voce dicebatur
dissimillimum patri iuvenem / movere non potuit / hec una maxi-
me re infelix / et impar ceteris / quibus abunde clarus ubertim
quam felix fuerat in vita / sed non omnia uni data sunt / Miscentur
leta tristibus / clara obscuris / tranquilla turbidis adversa felici-
bus / et in magno acervo rerum humanarum / si adesse libido re-
mat / boni minimum mali plurimum deprehendetur / tibi Cycero
in boni multum ysle immensum / natus degener / ne tibi ut
ait Helius Spartianus / Melius fuerat liberos non habere / ha-
buisti enim / qui contemptis officijs / que in eis quos dixi
libris legerat / que ut credi debet / sepius viva voce et vere
viva una ex omnibus ut michi videtur / et severe visum
est / viva nunquam voce paterni oris audierat / non vivendi sed
bibendi nobilitatus officio duos vini congios / uno impetu
hauriret / egregius tanti patris filius et preclarus in-
dex / qui interfectori eius Anthonio / non vitam non po-
tentiam / non opes / sed quod ille in libro quem de sua ipsius
scripsit ebrietate conquerit / bibendi gloriam / et famam ebre-
tatis eripuerit / o portentum leno sidere editum / o nature
varietatem incredibilem / talem de tanta luce caliginem / heu
Marce Tulli vir insignis / sed infelix pater / quanto studio la-
borasti ut ex te alterum Marcum tullium exprimeres O quam se-
pe maximorum artificum falluntur ingenia / Marcum bibulum
expressisti / hactenus / quamquam prius cum Cycerone / de filio flevserim
ad te patrem ad propositum revertor / si quid ut dicebam tantorum
hominum studia / sepe illis inefficacia quibus instituebantur /
sepe alijs post annorum milia profuerunt / prodeuntque in quibus
fortassis / et nos sumus / Si forte igitur ut me tantis in

laus magna Cyceronis

misteriam, epistola illa mea, sive apud te ipsum extitit, quod magis
puto, sive in extitit, ad quem missa est, tibi post tam lon-
gum tempus utilis fuit, gaudeo, ut illi talamum geram ha-
beo, et illum diem amo, Minus te hodie detineo, dum remaz
tetum sum. Vale Mediolani kl. Decembris. **Ad Socratem
suum laborum nostrorum fructum ferre alios equo animo
ferendum quia commune sit**

Egre fers, quod in labores tuos alter irrupit, pone in-
dignationem, et admirationem, pone huius plena ludi-
briis vita est, et tota non miramur ymmo quid mir
aliud invenias, pauca ad modum huius a quibus facta sunt
serviunt. Sepe ubi plus laboris minus est premii latent sub
ingenuo marmore fundatores urbium maximarum quibus adhuc
non imputat. Domum alter edificat, alter inhabitat, architectus
sub divo agit, hic serit, hic metit, sator esurit, ille serit, ille
metit sator esurit, alter navigat alter equoreis mercibus orna-
tur, nautica in culto, denique alter texit, alter induitur, nudo
interim textore, alter pugnat alter occupat victorie premia et
honorato victore, alter aurum fodit, alter expendit fossore
inopi atque egeno. Alter gemmas legit, alterius digiti radiant,
squalente gemmario. Altera filium in labore parit, altera
gaudio illi nubit, Desta que illum matre, sum facit, dies an
deficiet, quam exempla rerum talium, Nam quid de trasono illud
maronenum ~~talium~~. Sic vos non vobis mellificatis aves, nota
sunt reliqua, vetus et populare preterea verbum est, qui plura in-
tera vinee fodit paucores et vini sextarios bibet, neque de ni-
chilo est, quod propheta idemque rex ait, labores manuum tuarum
quia manducabis beatus es et bene tibi erit, que sequitur filius.
Omnis homo inquit, qui comedit et bibit et videt bonum de la-
bore suo, hoc donum dei rarum est inquit et insigne donum, sic enim
ut intelligi datur et patri et filio visum erat, quod tibi obti-
git, ille gratias agat, cui negatur forte illese publica consolet,
neque ulla singulari in iniuria se affectum sciat, neque illud eiusdem
Salomonis excidat, nam cum alius esset laboret nam
aut in sapientia et doctrina et solitudine et homini otioso quesita
dimittit, et hoc ergo vanitas et magnum malum, magnum fa-
teor sed commune tu vero quotiens aut naturam aut fortunam accusare
voles, primum cogita an tu solus an unus ex milibus patiare,
quidquid est, quo premeris. Re si commune aut plurium malum est,
ad accusandam providentiam divinam unus querulorum omnium co-
parcas, procurator et de querelis hactenus, ad id vero quod

Michi tam obnixe gras agis, quasi fortunarum tuarum conpulsatori unico, quia neque meum meritum verbis attollere, neque deprimere fidem velim, nil aliud dicam nisi terrencianum illud in andria, gaudeo si tibi quid feci aut facio, quod placeat et id gratum fuisse aduersum habeo gratiam. Viue et vale nri memor

Ad Johannem olim Cancellarium Cesaris familiariter Epistola Tredecima

Contra eos qui plurale scribunt

Non exiguum in stuporem tua me traxit epla, nonque enim in primis, at nobis insolitus salus erat, pluraliter me compellas, cum sim unus integerque, utinam nec in multa dissidentium sententiarum bella distractus, ego stilum non mutabo, quo et docti olim omnes, et nos duo invicem usi sumus, modernorum blanditias ac meras ineptias execrabor, inque hoc ipso veterum decretum ac familiariter gloriabor, quod stilum illum patrum, hac in parte senectum et enervem, unus ego seu primus saltem per Italiam videor innovasse, et ad virilem ac solidum redegisse, ita tamen hoc faciam nisi te premente aliud velle cognouero, accessit quod nullam mearum litterarum huius temporis ad te video peruenisse, nulli enim respondes, admirans, nec immerito, quod ita te inscio, quem propinquum semper habui, tantam fecerim mutacionem, ut fortunas domiciliumque transtulerim, ego vero non venetias sed ad Cesarem et ad te venturus, mediolano abii Iter autem fortuna preclusat, nec Iter modo sed reditum, quid ergo terenciano fretus consilio, quia quod volebam non potui cepi velle quod poteram, Itaque circumspiciens et multa desiderans conpunctum diuersorum, et hunc publicum ut ita dixerim humani generis portum, petii, nichil preter libellos et calamos mecum ferens, hec et alia multa, tui in noticiam perferenda curaueram, Sed ut video, non sat fortunatus in nuntius tuus, hic quem meum factum esse gaudeo, non hic mihi si rite presagio nos non fallet, qui ut non etiam nescio quid cesari nostro scriberem tolerans occupatum, dulci instancia, et profundo suspirio me cogit vale

Ad Cesarem ipsum exhortatio atque obsecratio ut Italiam repetat Sequitur c

Vereor ne tam creber hic epistolarum clamor, apud multos michi, vel importune superbie, vel ridiculose detur amentie, qui tranquillum serenissimi pectoris habitum, quibusdam quasi nubiferis flatibus, impleam, et per turbem in ipsum tuus ergo aut, unde michi hoc est, profecto de sola conscientie puritate, quam michi non alius nisi tuus in rebus cesar arrogo non ignara

Tui / Non ignarus mei / loquor non ignarus rei / loquor tu et si se-
pe dauiticum illud occurrat / quid enim michi est in celo et a te quid
volui super terram / solatur me atque erigit humanitas tua / et
integritas / veri potius appetens / licet meroris / quam blandi al-
loquij ac mulcentis / Tibi quidem providentissime Imperator me-
dullitus notus esse confido / non quia magna tibi cum experimenta
prebuerim / sed quia talem te extimo / talemque me scio / ut tran-
lucere tibi arbitrer fidem meam / Itaque non metuo / ne offen-
dam quem sincere amem / fideliter hortor atque arguam / tu autem
certus aliena et presertim falsa iudicia parvipendo et si nulla ino-
centia tanta est / que reprehensoribus careat malo procacitatis ma-
perfidie / fides / quam perfidie silentium reprehendatur / questibus michi quidem pene
iam nichil est reliqui exhausisse enim videor / Dumque te unum
in solium Cesar voco / rauce facte sunt fauces mee / nil iam
lingwa nil calamamus proprie totiens precibus fuisse voces are-
facte lacrime / consumpta suspiria / solo corde iam loquor / Sed
spero me audias tacitum licet ac tacitum / dum magis enim ta-
cere videor / tunc altius loquor / teque diebus ac noctibus obsecro ob-
testor / adiuro increpo / Ita vero michi accidit / ut fesso amanti
cunctis consumptis omnibus / que ad persuadendum valent / solum in labijs
sed in precordijs amati nomen sonat / et michi et tuis omnibus
hoc unum superest / ut te in deo habeamus / numinis instar / sed
aversi et nostras miserias non curantis / quod et si quid est spe-
nichil est artificij / nisi quod affusi et supplices / non semel sed
milies te vocamus / Est ubi actus in locum unde de votes / atque
a deo sub mundi subeat affectus et carum nomen sepius iterasse /
efficacissimum admonendi amicos habeatur / O gloriosissime Cesar /
pacere equis auribus equiore animo / et importunitatem meam ne-
que te sepe vocantibus instans / Satis est supplicij non audire /
Clarum ac suave nomen est Cesar / verendumque omnibus gen-
tibus ac regibus / nobis vero etiam salutare sive illud in meo ore
dulcescere / seu aliud clamantes / seu cuncti innotemus / Audi vel in
silencio tuorum voces / tua te Cesar vocat Italia / Ideoque tantis
clamoribus / ut si auribus audiantur / non principem modo suum / sed
Indorum reges ultimos / sint moturi / tua te Inquit Italia Ce-
sar vocat / Cesar Cesar Cesar / meus ubi es / cur me deseris / quid
cunctaris / Certe ego nisi immobilis forem et dextra levaque / ma-
gemino atergo aut alpibus circumsepta ipsa / Iam pridem me-
um cesarem longe trans danubium / petiussem / Vale Cesar et vi-
gila dies est / Venetijs idibus Martij / Ad Johannem cancel-
larium ipsius non omittendum quod vales et si non velis

Ergo quia non potes, quod velles scribere, nichil scri-
bis, noli obsecro, noli dampnum dampno reddere, grauius
multo michi est literis tuis, quibus assueveram, quam quaes-
su spei ambigue caruisse, illa enim hesternam torpori sufficie-
ciam exoptatam, forsitan ut est inexplebilis animi infinita
cupiditas, sed certe non necessariam promittebant, hec autem
cibum interim ac solatium offerebant, hoc me ne privandum
censeas, per temetipsum, cui quam tibi cultum semper et colendum
caput, et per si quid umquam tibi mei nominis amor fuit oro, amice
atque obtestor, an quia non vales, quod optabas dare, auferes
quod solebas, et quia nequis esse beneficiis, eris nocens, quid
hoc aliud fuit quam infirmum, que curare non possis, occidere. Vide
pater optime, semperque michi si latine dicitur piissime, ne affectu
nimio, tua pietas exorbitet. Volebas me magnum aliquid facere,
non successit, at quod nunquam nemo vetuerit parum amare, nil no-
vi postulo, fac quod soles, meque tuum in hac magna quod
stupeas urbe solinagum, et si rite olim, ante ipo, mundus alter,
Venetia dicta est, toto semotum orbe, ne deseras sed optatis scriptis
refove, sitientem animam, et patris ac dulcibus solare colloquiis, denique
unum hoc iure meo postulo, ut si nulla mei erga te animi mutatio
facta est, apud te ego talis inveniar, qualis eram, dum me
filium facere voluisti, et certe nomine animo quoque tuus ad me filius,
fui semper sed si affectus idem, cur diversus, doles puto quod me
primum non valuerunt pro me apud Cesarem preces tue, ne do-
leas precor, ego autem nichil non doleo, doleant amici, quibus
quicquid erat subsidii querebatur, michi iam pauca sufficiunt
si naturam meam sequor, non sat modo sed abunde, usque quaque
ad invidiam locuplex sum, et si quid etiam nunc forte deforet,
en senectus in limine expetita votis, hospes mortisque illi cetero
adequatrix optima, secumque dicte ingentes, nulla S amplius
re egere. Voluntati igitur tue gratias ago, inefficaciam for-
tune mee, ut puto non tibi, non Cesari, cui semper supra meritum
gratus fui, quique vel quod nunc negat mox prestabit, vel for-
tasse quod ab illius altissima providentia, non abhorret, ne-
gando michi consulit, qui postremo quamvis hoc semper neget,
tam multa tamen olim prestitit, ut ex debito tenear, dum vivo pedum
eius adorare vestigia. Hec hactenus. Iste sane, qui hanc tibi
literam dabit, scenum germanus seniusque italus, dilectus meus ho-
mo utilis atque acer in literis, primitiisque artibus satis exercitus, ad
solius fame scientum, quod si imitatores invenit, nec no-
bilium studio dignus erit, posthabito patrio, Pragam petit

Venetia alter mundus

Ostendi cupidus, dicendique nullius quidem rei egens, sed tui ap-
petens favoris, peregrino homini faciem tuam videre potuisse
multum fuit, id se meis litteris adepturum sperat, cui si se dignum
prebuerit, et si placet, tua nulli bono difficilis condescendat hu-
manitas. Vale feliciter, et si quod est amoris, nudi michi
restitue ad quo me non dum e memorie tue arce deiectum lector.
Venetijs vi Kl. Septembris. Ad Hugonem Sancti Se-
verini Comitem de aulicis cantibus palatij neapo-
litani. Epistola xviij :-

Litteras tuas inclite vir, diu expectatas, et sepe forsan
interceptas tandem hodie recepi, legique libens, erat enim
stilus ingenio meo mirifice coaptatus, recognovi equi-
dem in verbis tuis curie mores, olim michi cognitos, atque in-
visos, neve in longum exeam, quod valitudine inquieta, et
occupationibus multum vetor, quod illustrem attinet regina
voti compos debitorque omnium sim, quam vere enim nescio, sed sic michi
persuasi, nichil se me dignum sponte sua, generosum illum se-
remque ac beneficium cum negaturum, sed habet suo iure
prothonum assertus, ensesque suos, doleo propter ipsam, propter te
propter bonos viros licet, denique propter ytaliam, in qua egip-
tia monstra regnare molestissimo animo meo est, propter
me autem nichil, quod et tam procul inde absim ut me illa
non tangant, et ante annos plurimos, prius apud ipsam in
consumio felicitatis ac miserie positam, parthenopem pene o-
culis, malum hoc animo prinderim, atque predixerim, deque hoc
scripserim, quod mens tulit, prout inde dinum ac siderum illum
regem, olim terris ereptum, celo redditum, qui iuventute meam
quamvis ultra meum meritum, longe tamen citra suum desiderium
ac propositum nescio quam claris, sed certe ad modum raris insigni-
bus, honestavit nomenque cuius et cinerem et quidquid suo de
sanguine ortum erat, fide perpetua venerabor, id me sibi polliti-
tum et implesse scio, et implebitur, saltem sperabo, nil ad hoc
recentibus beneficijs opus est, cum abunde sit veterum, quid
ad te autem dico, idem nempe, quod in te sunt presenti, et si cari-
tatem livor vicerit, ut mos est, cariorque michi multo est in
efficax fides, quam in efficax perfidia, at quod ad aulicos canes
nichil dico aliud, nec video quod aliquid dici possit, modo mi-
chi conveniat, quod cesarem illud, nichil enim inquit malo
quam me, et mei similem esse et illos sui certe. Ego paupertate
mea dives sum, neque id meo tantum, sed multorum iudicio et con-
sensu, illi opibus suis inopes atque mendici, ac utinam doliturj

Arcius fieri possent quanto michi vitam tranquillior feliciorque
dies vivis, quam ex omnibus tota et vita obsessa est curis, possessis
voluptatibus fedis, marcens tremula mutans spe vanis
elusa gaudiis, veris et oppressa meroribus, et gelata terroribus
et cupiditatibus inardescens, quamquam nemo est eorum, cui quo sta-
tum meum ullis conditionibus permutatum velim, licet n-
inter vasa aurea minimum esse, inter fictilia felicem, neque
ad bene vivendum aut argilla auro melior, aut sambucus est
inferior quam corinthus. Tu vale et si bonus esse vis, stude illis
esse dissimilis, ne te contagia morum ledant care.

Ad Nicolaum Azarolum magnum regni Sicilie se-nescallum de magnificis eius gestis Epla xviii

Tuas quidem vir omni etate rarissime, tua unice totu
volumina animi venerabundus amplector, possideoque simul
thesauri instar inventi. Seu tu presens satiatum os
vivo apis sermoni, seu tu absens stilum aut scripture appli-
cas mellifluae, et cursim seu ad ipsum militariter vulgari
more seu oratorie verbis, atque sententiis exquisitis, quod ne
altius multoque divinius quam inter armorum strepitum posse credi
fecisti, aliis licet atque aliis rivis et sapore vario, fontem
unum tui celestis ingenii recognosco, miror que mecum cogitans,
quis hic esset, si his tantum studiis animum intendisses, qui ex mi-
nimis temporum ~~reliquis~~ reliquiis, tantus sit, quarum maxi-
marum rerum curis ipsum furtim que subripiens, hunc con-
vertit ut maiora illa preteream non hoc calamo copi, sed
homerico digna preconio, neque epistole materia, sed libri quemad-
modum vel bella armis et castrensi peritia, vel legibus
vel civili iustitia, pacem regas, quarum tibi actum hac-
tenus neapolis, et illa ante alias laudata campania, nunc
Sicilia est testis, et arethusa iam letior, atque ethna tepentior
et caribdis, reverentia tue frontis et tuorum actuum admiratione
placatior, mira te virtute multiplici, ad in primis, omnes animi dotes
adornante modestia, qui tibi apud posteros non minorem
ex his nugis meis, quam ex omni tua magnitudine, famam
speres. Idque per sepe tuis ad me literis, fateare, verior fortassis
honestior, sed non minor ex amore oriens. Ego vero non
dicam apud illos, qui post me nascentur, ad quos nescio an
vestigium aliquod mei nominis sit venturum, sed apud presentes
utique tanti viri gratiam non diffido glorie michi fore, nec
gaudio quod omni et honestissime voluptati non spero
illam michi esse sed sencio, sane quod parvitati mee magnitudinem

Offers, quodque affectum meum, qui quam efficax fuit exitus ar-
guet, sed haud dubie fidelis fuit ac fervidus, ad priorem
nostrum deplorem, et quod pro illo tentavi, mixtu ystle tue ffoze
ditis, puto nec falleris mecum hoc tuo more versatus, comme-
moratione gratissima facis, non quod michi debitum sed
quod tibi, ut ab omni parte perfectus sis proinde crebris
ac magnificis oblationibus tuis, si res tulerit utar ingenti
fiducia ille autem de quo loquimur, ut de te sileam, non est teum
in quem possim, qui in alterum prius dixi, Nempe pars mea
est, atque unus ex paucis, qui michi in hoc cupidissime vi-
te cursu, moribus et ingenio probati mei alte precordiis inse-
derint, Restat ut te precer, ne michi anxio statum tuum sinas
in cognitum et an morte regis, tecum aliquid fortuna varia-
verit, quem utinam, ut ad regnum, sic ad regias virtutes attol-
lere potuisses, in quo vereor ne multam ego operam scribendo
perdiderim, tu loquendo, optimum verbum viri pessimi, virtute
verba non redde, quod tunc demum recte dicatur si nulla us-
quam audientis in animo sit scintilla, quam suscites, Qui si se ille tuus
monitis, docilem prebuisset, da veniam, urget enim ac
calamum dolor, profecto diutius vixisset, felicius obiisset,
nomen clarius reliquisset, Vale mei clemens, et pater
patavii vi° Idus Iunii Ad Johannem de certaldo
de adolescente suo coauditore instruendo viii
et nil adeo correctum tui non ad desit Epla XIX

Ummo ex acto post discessum tuum ingeniose indolis ado-
lescens michi contingit quem tibi tu cognitum doleo,
et si ille probe te noverit, quod sepe venetiis in do-
mo tua, quam in ytito, et apud donatum nostrum vidit, ne
quam est mos etatis illius observavit, attentius, ut vero ut tu
[noris qua doc-
tur enim et m
cris illum meis] illum meis videas, ortus est adc, in litore, ea ferme etate
nisi fallor, qua tu, ibi agebas, tum antiquo plage illius
dno, cuius avo, qui nunc presidet adolescenti origo ac fortuna
humilis, verum abstinentia et gravitas, vel in sene laudabilis,
acre ingenium, ac facile rapax memoria et capax, quodque
est optimum tenax, bucholicum meum carmen, duodecim dis-
tinctum in partes, eglogis, xi continuis diebus didicit, mediocri
ter servavit, ita ut singulis diebus ad vesperam, unam michi
eglogam novissimoque duas, tam constanter nil quam hesitans
recitaret, quasi sub oculis liber esset, et si preterea quod raru
nostra hec etas, invencionis magna vis ac nobilis impetus
et animum suspectus, Itaque ut ait maro, et ipse facit nova carmina

Et si vixerit atque ut spero cum ipse creverit / quod de ambrosio vaticinatus
est pater / aliquid magnum erit / multa de illo iam nunc dici possunt /
pauca de multis audivisti / unum nunc etiam audi / et virtutis et spei
fundamentum optimum / non avidius tam pecunias amat atque expe-
tit / quam hic odit ac respuit / nummos illi ingerere irritus labor est / vic-
tui necessaria vix admittit / solitudinis studio ieiuniorumque et vigiliis
mecum certat / sepe ille superior / quid multa hiis me moribus / sic
promeruit / ut non minus michi carus sit filius quem genuisse carus sit
et fortassis eo carior / quo filius ut mos est adolescentium hodierni
imperare vellet / hic parere studet / nec suis voluptatibus / sed me-
is vacat obsequiis / Et hic quidem nulla cupidine / seu spe premii / sed
solo amore tractus / et fortasse sperans meo fieri melior consortio / Iam
ante biennium ad me venit / venissetque utinam maturius / sed per eta-
tem non multo ante potuisset / familiares epistolas meas / soluto ser-
mone editas que ut multe admodum sunt / et multi utinam pretii essent /
inter confusionem exemplarium et occupationes meas / pene
Iam desperatas / et quatuor ab amicis operam michi pollicitis te-
ptatas / et ab omnibus calle medio destitutas / iste unus ad exitum per-
duxit / non quidem omnes sed eas / que uno enormi nimium volumine
capi possent / que si hanc illis inseruero / unum trecentarum et qui-
quaginta complebunt / quas tu olim / illius manu scriptas /
prestante deo aspicies / non vaga vel quidem et luxurianti litera / qualis
est scriptorum / seu verius pictorum nostri temporis longe oculos mulces /
afficiens ipse autem afficiens / ac fatigans / quasi ad aliud quam ad le-
gendum sit inventa / et non ut grammaticorum princeps ait / litera quasi
legitera dicta sit / sed alia quadam castigata / et clara / seque ultro
oculis ingerente / in qua nichil orthographum / nichil omnino
grammatice artis omissum dicas / et de hiis hactenus ut vero
in hiis hactenus ultimum sit laus / quod primum animo meo fuit /
Est hic quidem in primis ad poeticam pronus / in qua si pergit usque
adeo / ut cum tempore animum firmet / ad quem hunc et mirari te coget
et gaudere / ad hunc per imbecillitate etatis / vagus est / nec dum
satis quid dicere velit instituit / Sed quidquid dicere volt / alte
ad modum dicit / atque ornate / Itaque sepe illi carmen excidit / non
sonorum modo / sed grave et lepidum maturumque / et quod poete senis
putes / nisi noscas auctorem / firmabit ut spero animum ac stilum /
et ex multis unum suum ac proprium conflabit / et imitatorum non dicam
fugiet sed celabit / sic ut nullis similis appareat / sed ex veteribus
novum quidem / latio intulisse videatur / nunc usque autem imitationibus
gaudet / quod suum habet etas illa et interdum dulcedine raptus
ingenii / contra poeticam disciplinam / sic in nostrum desilit / ut opus

lege vetitus / referre pedem nisi visus et cognitus non possit.
In primis sane virgilium miratur / nec id quidem. Cum enim multi
vatum e numero nostrorum laudabiles / unus ille mirabilis est /
huius hic amore et illecebris captus sepe carminum particulas
suis inserit / Ego autem qui michi illum / succrescente letus
video / cupioque enim talem fieri qualem me esse cupio / familia-
riter ipsum ac paterne moneo / videat quid agit curandum imi-
tatori / ut quod scribit simile / non idem sit, eamque similitudinem
talem esse oportere / non qualis est ymaginis ad eum / cuius
ymago est / que quo similior, eo maior laus artificis / sed qualis
filii ad patrem, in quibus cum magna sepe diversitas sit me-
brorum umbra quedam / et quem pictores nostri aerem vocant,
qui in vultu maximeque oculis / maxime cernitur similitudinem illam
facit, que statim viso filio / patris in memoriam nos reducat
Cum tamen si res ad mensuram redeat / omnia sint diversa / sed
est ibi nescio quid occultum quod hanc habeat vim / sic et
nobis providendum ut cum simile aliquid sit / multa sint dissimilia
et id ipsum simile lateat, ne deprehendi possit nisi tacita me-
tis indagine, ut intelligi simile lateat potius quam dici / Utendum
igitur ingenio alieno, Utendumque coloribus, abstinendum
verbis, illa enim similitudo latet, hec eminet / illa poetas
facit hec simias, Standumque denique Senece consilio, quod ante
Senecam Flacci erat, ut scribamus, Sicut apes mellificant
non servatis floribus, sed in favos versis, ut ex multis et va-
riis unum fiat, idque aliud et melius, Hec dum sepe agerem,
et ille semper intentus, ceu patrios monitus audiret audit,
ut nuper ex more illum admonenti tale responsum daret, In-
telligo enim inquit et fateor ita esse, ut dicis, sed alienis uti
paucis quidem et id raro, multorum atque ante alios tu permissum
ab exemplo, Hic ego admirans si quid umquam fili, tale meis in
carminibus inveneris, Scito id non iudicii mei esse, sed erroris et si-n
mille passim, talia in poetis sint ubi sed alter alterius verbis usus
est, michi tamen nichil operosius in scribendo, nichilque difficilius
se offert, quam et mei ipsius et multo maxime precedentium vita-
re vestigia, Sed ubi nam queso est, Unde hanc tibi licen-
tiam ex me sumis, Sexta inquit tui bucholici carminis egloga
est, Ubi haud procul a fine versus unus ita desinit, atque
intonat ore obstupui Sensi enim loquente illo quod me scri-
bente non senseram, fine esse virgilianum versus, in divini operis
idque tibi nunciare disposui, non quod ullius correctionem amplius
locus sit, sic carmine illo late iam cognito ac vulgato, sed

Aut te ipsum arguas, qui michi errorem meum hunc indicari prius ab alio passus sis, uel si id forsan ignotum tibi hactenus fuit, notum esse incipiat, simulque illud occurrat, non solum mei stu-dio, si libet hominis, multa tamen scientie et ingenii penuria labo-rantis, sed nec ullius qualibet docti viri, studio, sit par rebus quin multum semper humanis desit intentionibus, perfectionem sibi sed reservante illo a quo est modicum hoc quod scimus, aut possumus, postremum et mecum ipsum virgilium cernes, dec verna nec moleste ferat, si cum homero, cum lucretio, multisque aliis multa sepe rapuerit, ego sibi non rapui sed modicum in adu-tens tuli. Vale ticini v. kl novembris. Ad franciscum brunum florentinum rethorem, nunc apostolice camere notarium

Hoc magnum vir egregie iam hic tue virtutis argumentum habeo, illius magnanimi viri verbum, cui omnia credimus, qui semper nobis redditus magnoque michi pro munere, novum nomen offerens amici, inter multa de te, que valde diligit, et quem cupide nominat, hoc etiam dixit optare te amicitiam meam, quam et aliquando me videris, querentibus respondere solitum, et vi-disse, et mei notitiam habere, atque hoc urbanissimo mendatio, sepe hactenus pudori tuo consuluisse, quasi te pudeat me non nosse, coctaneum et contineum tuum, quem et non nullius precii facias, et ames incognitum, gratulor affectui tuo, et ingenio, gratulor errori, non est turpis error e pulcra oriens radice, natura mitis, atque ad amandum prona mens, multos fecit in iudicio prolabi, Satius est ac amare multos immeritos, quam unum bene meritum non amare, Instituit sane ille vir, ut tibi tali viro, erga me sit affectio, cuiusque nescio cur michi prius scribere verearis, familiare aliquid scriberem, negaui uel scri-bendi materiam adesse uel solere me ignotos, verbis aggredi, Itaque ferme quicquid epistolariter scripsi unquam, uel ex responsio-nibus constare, vel ad eos esse, quibus me familiaritas arcta iungeret, neque vero me aliis audatiorem, neque michi hanc scri-bendi novitatem minus suspectam esse, quam tibi, ille autem quid putas egit, quievit forte et oratione repressus est mea, ymo uero dum civitatis adiit magnum etiam amicum tuum, eumque mecum duxit ad domum meam, hoc ingenio uel tanto sub teste, dicam verius preceptore, nam et ipse preceptor erat, et sunt pre-cepta precibus principum, negare nil penitus auderem, Me quidem omnium que molirentur ignaro, soli nos inter consedimus libellos, ibi multa de multis, ultimum de te fuit, tum uero statim et in-gerere ceperat et e transverso impulsus, alter cupere, cognosco

Insidias, Sed quid agere contra tales duos mihi tanti blandi-
tias animi, dulceque frontis pondus ferre non valui, cessi igitur,
atque illis hac ipsa hora pariter hinc digressis, promissi memor,
calamum arripio, scripturus quicquid occurreret, at tum rebus
obsessus, et curarum plenus cogitare nova quod, nunc non posse-
et id ipsum scribere, satis habui, et reliqua hec que gesta sunt
ordine, quibus hic erit finis amicitiam tu meam ut intelligo
parva valde rem cupis, sed quo modestius votum eo in honesti-
or est repulsa, precibus ergo tuis obviam eo, accipe plenis manibus
quod petisti, meque fidenter in amicis enumera, et si quis mei
usus est, utere, si nullus est alius at saltem notos inter ami-
cos qui meos interque eum viridioris epistolas, hinc, pene ultimum
possidebis locum, In senescentem namque si nostis et amicitiam
et calamum incidisti, Si quid nunc etiam vite restat, eo nunquam
utique tacitius quo loquacior est senectus, Catoni senem senem optio
videtur, haud dubie crebrior illic eris Interea tuam sortem fer
equanimis, non mediatori tuo, qui tibi strenue vereque milita-
riter morem gessit, non michi, qui sibi quamvis hesitanter pa-
rui Sed interdum taxat deputatis cuique, si quid michi inveneris
quam sperabas tam facile utinam compos semper omnium vo-
torum, sed in electione felicior Vale patavii vj ydus Septembr

Ad Cesarem exhortatio ultima Epistola 21:

Fessus preteriti nec futuri fidens Cesar, calamum tuis
exhortationibus pene attritum, recusantemque seposue-
ram, alit inter difficultates refoveque animi spes sur-
tessius, qua sublata quis est amens adeo, ut non infructuoso la-
bori, requiem anteponat, ut ad stilum redeam, facit amor to-
tius, sive miles hic tuus, huius nominis, sive ille facit animi color, que
michi apparentibus relictus atque erga tua semper, ex quo in-
primum notus es erga vero romani imperii maiestatem, ab infan-
tia nutritus, qui precordiis meis vivit, et in dies crescit, sive
quod est verius utrique, nam neque meus amor, tot iam clamoribus
totque conatibus perditus, ultro ad laborem inutilem redisset, neque
hic miles, quamvis amicus atque facundus, et sapiens me novisse,
nisi intus in ara cineras, ad hunc faculas prisce fidei, quas a mo-
to magno spei fomite, levi folle suavissime oracionis accenderet
invenisset multis et validis argumentis, excusans tarditatem
tuam, multis et magnis indiciis generosas animi tui curas, reque
cesareos apparatus, cupidis et libenter felicitatis ac glorie tue cre-
dulis auribus insusurrans, quibus de preterito contemptu diffi-
dentie gelu, nove spei fervore dissolveret, Eya igitur Cesar

Duce deo, qui non frustra tibi suum commisit imperium Surge, et
dilatum nimis honestissimum dum potes fortiter imple, feli-
citer, gloriosius finis lentum principium excusabit, omnes te alto
consilio distulisse consentient, quod non dum messis hesperia plene
maturuisset in quam utiliter falx cesarea mittetur quamvis nostra
fames more omnium impatiens, murmuraret, nichil enim in tem-
pestivum bene, nichil bonum cito agi, verumque illud augusti Ce-
saris, satis celeriter fieri quicquid fiat satis bene, arripe Ce-
sar hanc occasionem, dum adhuc potes, neque enim semper
poteris, age oro te cesar, non dum enim tuum nomen invocare,
tunc que deus poscere atque orare didici, et si ego quod omnis impati-
entium paruper, causa michi rerum dilacione tepuerim, ecce iterum
recalesco, noli meam et multorum spem pulcherrima, rursus ex-
tinguere, Sepius spes oppressa vix attollitur Si qua nubes
hactenus nomini tuo incumbit, Si quid in fame ex primordii ob-
scuritate contractum est, totum crede michi, non modo consummacionis
splendore purgabitur, sed ut dixi in gloriam revertetur, dum seu er-
ror iste seu consilium fuit, opinione hominum consilium et non error fu-
isse videbitur Sepe honestus finis, segne principium honestavit,
nunquam finis obscurior, claro principio illustratus est, denique sit tepens
ut volumus, dum sit finis ut optamus, Fabii maximi nomen
promereberis, cunctator fuisti, sed sapiens, sed salutis publice studiosior,
quam vulgaris fame, ut libet se tibi prtulerit, Ventosa loquacita-
te minutus, dum re edoctus, mox se imparem fateatur, Dicant
de te hostes imperii, quod de illo dixit hanibal, Semper cre-
dideram illam nubem, magno tonitru erupturam, at si quod
divina pietas omen auferat, finis quoque languidus fuit, quis te
unquam vel principium vel sequencium excusare poterit, Audi me oro
Cesar, parvum hominem, sed tui amantem, de te sollicitum at spe-
rantem, nature debitor non aliter es quam ego, quod quiuisque unquam
e populo, tempus fugax et non rediens fortuna instabilis vita
brevis, et hora mortis incerta, unum hic remedii generis, tem-
pore, fortune non fidere vitam rebus extendere, morti paratum
corpus, atque animum semper habere, quod non potest qui suum prin-
cipale negocium non impleuit, vite finis quamvis incertus sit,
illud tamen est certum, quod longe esse non potest Nos tu venit
e cunctis opibus tuis, atque imperii, nil tibi super erit, nisi quantum
ad eternam anime vitam, et nominis mortalem gloriam, bene vivendo que-
sieris, bene autem vivere non potest, qui ad quod unum et summum et
maxime natus est negligit tu quod sepe olim dixi ad imperium
natus es, amplum excelsumque opus, illud age fideliter bene, si vixisse

Vis videri, alioquin quid iuvat illas tuas ultimas / mundi ho-
ras composuisse magnifice / hec et sine imperio potuisse / et
fortasse facilius / nunquam fuisset mundus ac laborum / tibi aliud
infinite maius restat / illud aggredere / nec te rei terreat mag-
nitudo / nichil est quod imperii maiestas / ac providentia ac
iusticia et hiis viribus armata non possit quod si forsan ne-
gatum tibi celitus rerum / finis hic / glorioso in actu / quam quiete lan-
guida mori multo melius / multoque felicius opinor / et hec est
quod dive memorie / avus tuus omnibus seculis gloriosum fecit
Ecce Cesar nunc et sepe / olim non blanditiis / sed vero studens
neque verborum cultui / sed expressioni sensuum intentus dixi animi
quod animo meo fuit quod ne frustra dixerim / deum precor et te
Vale decus et gaudium et spes nostra Patavii iii° ydus decembris
Explicit liber xxiii° rerum familiarium. Incipit
liber xxiiii° ad phi cavallicen episcopum de inextimabi-
li fuga temporis Epistola Prima Ad philippum cavallicen
episcopum de inextimabili fuga temporis ¶ Ad pulicem vicentinum
poetam de materia et causa sequentium Epistolarum Ciceroni ac Se-
neca alias scriptarum ¶ Ad marcum Tulium Ciceronem ¶ Ad eundem
¶ Ad anneum Senecam ¶ Ad Marcum Varronem ¶ Ad quinti-
titum lianum ¶ Ad titum livium historicum ¶ Ad Asinium pollionem oratorem
¶ Ad oratium flaccum liricum poetam ¶ Ad publium virgilium
marone heroycum poetam et latinorum ~~principem~~ principem poe-
tarum ¶ Responsio ad Epistolam magnam multaque continentem
sub omeri poete missam nomine apud inferos datam ¶ Ad So-
cratem suum Conclusio huius libri Explicit
Ante hos triginta annos ut etas furtim labitur / quam michi
contexerim verso dum cuncta simul intueor vix dies vix-
que hore totidem / at dum singula metior, et meorum cumu-
los laborum explicare cupio / totidem secula videri solent Respon
ad venerabilem illum et egregium illum Senem Raymundum Su-
peranti / qui verum Iuris consulti nomen habuit / quod ut vi-
des multi falso occupant / virique sapientis et aspectum et affectu
prestitit / cuius libertatem continuatam ad extremum usque / pro virtu-
te et Iusticia adversus quoque romanum pontificem fecit / al-
to animo atque invicto / preter multis longe imparibus evectis / unus
ille gloriosissime non ascendit / sed multa cum laude / propria quoque
non adventitia maiestate / suum semper tenuit locum / nec pro-
moveri potuit / nec promotos / ad hunc ergo talem senem qui
etatulam meam / cuius intemolium meum / et amare et fovere
atque omni ope consilioque verborum / similis attollere ceperat

Familiariter ut solebam scribens, in epistola quadam, que pro ratione
temporis in prima etate scans procul habuit, in hyeme professus
sum cepisse iam tunc orientis vite fugam turpissimosque tergum
tere, nunc autem miror quid sed fateor verum scripsi, quod si
illa etate verum fuit, quid nunc putas, qui quod presagiebam
accidit. Erat in oculis michi etas florentissima, limeque iuvente
purpurem ut ait Maro. Sed legebam apud flaccum, insperata
tue cum veniet pluma superbie, et que nunc humeris invo-
litat deciderint come, Nunc et qui color est puniceo flore prior
rose mutatus, ligurinum non faciem verterit hispidam dices,
heu quotiens te in speculo videris, alterum legebam apud aliud
Satyricum, festinat enim decurrere velox flosculus, angustis miserisque
brevissima vite portio, dum bibimus, dum serta, unguenta, pu-
ellas, poscimus obrepit non intellecta senectus. Hec et hiis si-
milia legebam, non ut mos etatis est illius, soli in hiis gra-
matice et verborum artificio. Sed nescio quid aliud illic abditum
intelligens, quod non modo cum discipuli nec magister attendet
Primitiarum licet artium doctus vir audiebam dum clamantem
ore virgilium, optima queque dies miseris mortalibus evi, prima
fugit subeunt morbi, tristisque senectus, et labor et dure rapit
inclementia mortis, et alibi, Breve et irreparabile tempus omnibus
est vite. Et iterum sed fugit interea fugit irreparabile tempus. Vix satis
fugam temporis exprimere posse videbatur, Irreparabilemque iacturam,
nisi sepius repetendo, audiebam crinitum, cuius quo lascivior mu-
sa, eo michi severior gravior que confessio, et incorruptius testimo-
nium veri erat, Dicebat autem ille, labitur occulte fallitque vo-
latilis etas, et nichil est annis velocius, et alio loco tempora
labuntur, tacitisque senescimus annis, et fugiunt freno non remora-
te dies, Ipsum quem dixi flaccum audiebam, Currit enim ferox
etas, dum adolescentia loquerentur, Et iterum de omni etate Heu
fugaces postume labuntur anni, nec pietas moram rugis, et
instanti senecte afferet, indomiteque morti, et iterum vite sum-
ma brevis spem nos vetat inchoare longam et rursus, spacio
brevi, spem longam reseces, dum loquimur, fugit invida etas. Et
preterea, fugit retro levis iuventus, et decor arida, pellende lasci-
vos amores, canitie facilemque somnum et neguido redituram
cum semel fugisset expectare, et audiebam, nec referunt iam
tibi purpure, nec clari lapidis tempora que semel notis
condita, fastis inclusit, volucris dies, Nimis apud flaccum
moror, audiebam senecam Corpora nostra rapiuntur fluminis
more, nichil ex hiis que videmus manet, ego ipse dum loquor mutari

ista, mutatus sum. Audiebam Ciceronem, Volat enim inquit etas. Et
iterum quis est tam stultus quamvis sit adolescens, cui sit explora-
tum se ad vesperum esse victurum, nec multo post, Moriendum
enim certe est, et id incertum an hoc ipso die, Et rursus idem ali-
bi, an id exploratum cuiquam dico ad annum, sed ad vesperum, Et mul-
to alios, operosum est enim singulos et singula prosequi, et puelle
potius quam senile studium flosculos carpere, Verum hec et hiis
mille similia sepe ex me sepe mecum in hiis temporibus quorum erant auc-
torum partibus, et quomodo decerpsissem, ego autem adolescens quanto hiis
inter legendis ardore flagraverim, aliquot per annos, quando
nec dum aliud scriptorum genus, tam familiariter nota, libelli
indicant qui michi illius temporis supersunt, et signa mee manus,
talibus presertim affixa sententiis, ex quibus eliciebam, et supra
etatem ruminabam presentem, futurumque illico statum meum notabam,
certa fide, non verborum faleras, sed res ipsas. Sed michi de vite hu-
ius angustias, et brevitatem velocitate festinationem lapsum, tacitum
volatum, occultasque fallacias, et tempus irreparabile caducum,
et mutabilem in te florem, rosei oris fluxum, decus irreditura
iuventutis, effrene fugam, et tacite obrepentis insidias senec-
tutis, ad extremum rugas et morbos et tristicia et laborem et in-
domite mortis inclementiam, implacabilemque duritie. Hec tu stolide
atque enim [illegible] quidam qui somnia videntur michi, iam tunc dicta
videnter testor deum, et vera et pene presencia videbantur, et seu ille
omnis veri decor, seu error esset etatis, Ut reveme enim omnes ado-
lescentes sibi formosissimi videntur, et si deformes sint, michi
non aliud dictum rebar, quotiens pastorum illud vel audirem vel legerem O
formose puer, nimium ne crede colori, Ergo me ergo vim loqui
sit et ille melius, quem testem feci quod magis id reputans. miror
me tales inter curas iuveniles et erroribus tamen amoribus potu-
isse raptari. Sentio finem rerum ebetavit visum et etas impe-
tuosior. Certe [illegible] id [illegible] limine exiret, sed bene habet, sicut mu-
tare aliquid [illegible] felicissimus quidem est qui nullus error arcuerit,
sed qui rara est sine exceptione felicitas, ille etiam abunde felix
cui inter fuscas errorum nubes, celestis tandem lux affulxit, quod
nunc igitur certus, ecce que tunc videbantur presencia iam sunt, vi-
deo nunc tantam et tam rapidam vite fugam ut vix illam animo
metiri possim, et tamen incomparabilis sit cui velocitas. Ipse velo-
cior vita est. Sentio singulos dies, horasque et momenta
me ad ultimum vehere, quottidie ad mortem, eo immo edepol quod
ex dic[?] iam tunc adolescens videbar incipiam quottidie morior et pars
abest, qui iam michi preterito sit utendum, magna enim ex parte

Actum est quod agendum erat. Ad quod superest id quidem minime ut
auguror, nunc dum tecum loquor agitur. vetus sententia mea est. fal-
lunt ac falluntur procul dubio, qui nescio quam etatem con-
sistentem dicunt. O vos qui huic corpusculo tam multa pro-
mittitis ut liberi in reliquis, unum hoc nolite promittere, instabilis
rei statum. curate fideliter. colite providenter, prestate
quod in vobis est pellite morbos e vestigio reversuros. differte
senium. quod auferri nisi mortis ope non potest, obstate morti
mox venture, frenate viridem etatem. sed frenate morituram
interque manus frenantium abituram, cavete. ne quis illam stare
existimet. Sic enim vita est brevis. que pars vite professionis
est vox, quo vite partes longe sunt, essent longe autem si con-
sisterent, fugit autem rapitur etas omnis. nulla consistit. omnis inquam
etas fugit. equis passibus. sed non equa percipitur. quia ascen-
dentium ac descendentium quomodo est, ego hoc quod olim opinabar.
scio et video. et vos si non obstruitis oculos videtis, quis enim
non videat vite cursum precipitem ex quo vite medium pertrans-
iit. Certe ego tunc memini annos duntaxat intendebam oculos,
minimum retro erat quod restabat plurimum ut res docuit sed incertum
et expositum infinitis casibus inter quos fessis itineris ac dimissis
mei calle comitibus. sepe me solum circumspectans non sine gemi-
tibus ad hunc diem veni, hoc inter me et coetaneos meos quietes
senes meos interat. quod id tempus illis certum et immensum michi erat exi-
guum videbatur. De quo hic crebri sermones. et iuvenilis altercatio in
qua senum preponderabat auctoritas. et ego propemodum iam amentie
suspectus eram, nam nec quod in animo erat exprimere noveram, et si
nossem. nova etas mea. nova opinio parum fidei merebantur.
Itaque fando victus in artem silentii confugiebam, tacitus tamen
ex actibus que nam essent utrorumque sententie apparebat. Illis enim
non pueris modo. sed senibus. spes longa onerosa coniugia. la-
boriosa militia. anceps navigatio. avara studia instituebantur
michi tenuis in tertium Christum voto, iam ab illa etate. nulla fere
me spes iam tunc teneros cogitatus fallere incipiente fortuna
Ita quoque fortunatius accidit, quod deo prestante michi esse sperarem
non accidit, sed quod inter ceteros animos sperarem, credo ut sperare didicerim,
non accidit, et sane didici usque adeo. ut licet in dies auctus for-
tune muneribus. et illa cepto animo perpetua. et nichil ideo plus sperare
quam si nichil percepisse. atque hoc mecum tecum amicus. Dona licet ma-
neat, quam incerta longas spes obruunt. quas ut dixi tenere
despiciens incipiebam, hec me seu debilitas seu bonitas nature
a coniugio in primis atque ab aliis vite difficultatibus, et quas me

Patrum amor et amicorum consilia urgebant liberum et in
mundum me terruit, non tamen ad unum cuncta parentibus negarem
desperante, nil vero multa sperantibus, immo me passus fui civilis
studii fasce curvari. Unde magis proventus preter me solum ab
omnibus sperabantur. Ego in ea facultate quod possem et quod
vellem sentiebam, neque ingenio diffidebam, sed egre ferebam
lucrum ex ingenio meo queri, quam ob rem ubi primum michi relictus
sum, fessus invise sarcine sub duri humeros meoque more sine
solamine, sine spe iter inceptum agere institui, multa dein super
spem consecutus, multa passus, ne me forsan ab ignaris hoc ser
mone desperationis arguar. De hiis tamen loquor que fortune res
dicuntur. In aliis ut peccator multum spero. Hec in tantum illo qui ab initio
me novit dulce sunt recordari, neque vero ab te ipsa longe diverse
di visus eram, quamvis in hoc totum intellectum, iam inde vite bre
vitas consilium dabat, in quo ipso nisi fallor aliquantulum
provectus sum, tamen quam me hanc et illam etatem refert, quod tunc
doctis viris ut prefatus eram, nunc et illis et in experientie fide do,
tunc autem prospiciebam iam lucide dubitans, nunc quam ... nunc
cum retroque respiciens quod legebam video, quod suspicabar experior,
video me ad finem tanto impetu compingere quanto vix dici quid
possit nec facile cogitari. Non michi poete vel philosophi quid ne
cessarium ad hanc rem. Ipse michi testis, ipse auctor idoneus huius
mutatus oris, nec unquam animi ..., mutati mores, mutate cure,
mutata studia, nil est quale tunc fuerat, non dico dum epistolam
illam scripsi, sed dum hanc scribere incepi. Nunc eo et sicut hii
talos moventur sic ego moveor, sed multo velocius. Hec enim
pergere dictanti animo obsequitur. Ego dum necessario legem sequor, pre
ceteris rapior et extremam iam quasi oculis metam cerno. Quod quod pla
cuit displicet, quodque displicuit placet. Ego ipse in placitum me di
lexi, nunc quid dicam odi, sed mentiar, nemo unquam carnem odio suam
habuit. Dico non me diligo, id est quasi res sim dicturus, nescio id
intrepide dixerim. Non diligo peccatum meum, neque mores meos
diligo nisi qua mutati in melius correctique sunt, immo nec
quod hostem et peccatum et mores malos et me ipsum talem odi, ab
Augustino enim didici neminem fieri posse qualis cupit, nisi se oderit
qualis est. Certe ad hunc locum epistole perveneram deliberansque quid
dicerem amplius, seu quid quod non dicerem, hec inter ut assolet papi
rum vacuum in verso calamo feriebam, res ipsa materiam obtulit cogi
tanti inter dicensiones morulas tempus labi, me quoque interea cum illa
bi abire deficere et ut proprie dicam mori, continue morior, ego dum
hec scribo, tu dum leges, alii dum audient, dumque non audient, ego quoque

Dum hec leges moriar. tu morieris dum hec scribo ambo morimur.
nunquam vivimus dum hic sumus, nisi quamdiu virtuosum aliquid
agentes, sternimus iter nobis ad veram vitam, ubi quoniam nemo
moritur vivunt omnes et semper vivunt, ubi quod semel pla-
cuit. semper placet cuius ineffabilis et inexhauste dulcedinis
nec modus animo capit. nec mutatio sentitur, nec timetur finis,
memorata quamvis iam sepius. et laudata multis historia repeten-
da est Ypanis septemtrionalis fluvius est. qui dexter in mari fer-
tur in pontum ibi bestiolas quasdam nasci scribit Aristoteles. qui
non nisi diem unum vivant. et quanto nobis octo te longior vita
est, ille quidem ut nos plures vivimus ne distinctis spaciis suis vi-
vunt quedam mane obede obeunt, he quidem iuvenes. quedam vero sub
meridie. he iam etate media, alie inclinata ad occasum die iam he
provectiores, alie occidente sole, he demum decrepite moriuntur,
eo quod magis si forte solsticium sit estivum, confer nunc longissimam
etatem nostram cum eternitate ut ait Cicero. in eadem prope modum brevitate
qua ille bestiole reperiemur. Sic hercle nec quidquam ad con-
templandam vite brevitatem dici reor efficacius, dissimulemus
ut libet multiplicemus annorum numeros fingamus etatum nomina, tota
vita hominis. dies unus est. nec estivus quidem. sed hibernus in
quo mane alius dies medio. alius tardiuscule alius autem sero
moritur. hic tener ac floridus. hic durus hic iam aridus atque con-
sumptus. Mane inquit propheta, sicut herba transeat. mane floreat
et transeat. vespere decidat. induret et arescat. Multi moriuntur
senes. et si sapientibus credimus, nemo non senex non moritur, quod
sua cuique sit senectus vite finis. maturi ante parum. qui diu vixit.
nullus nisi tibi persuasum sit. inter brevissimum atque longissimum sed
finitum tempus, nil interesse. quam in re meo veteri iudicio nil est additum,
nisi quod ut dixi quod doctis viris ante credideram, nunc iam credo. et
quod opinabar scio. Nam nec illi aliter quam vivendo et videndo et
observando didicerant, quod velut male fidi pontis in transitu ca-
vendum scriptis proclamarent. Certe ego epistolam illam meam
nunquam hodie non admirans lego et aliquid meum dico. ingeniose seme-
tis aliquid habebat ille animus. si enim in tempore diligentius coluisset. hec
tibi iudex virorum prudentissime scribenda credidi, non ut novum aliquid
afferrem. Si enim preter ipsum ista non nosses vix michi ut crederes
impetrarem. Quod in tua et meam quam memoria situ obsitam et
implicitam rebus excitatam ut quod tacitus me facere te et fecisse non
dubito mentem ad contemptum vite brevis et inevitabilis fati tolerantiam
attingatis, et animos formes ut quicquid supervacuum habet inter angustias
includas et ad alta intellectus ... obtulit quod deo gratias sepe fecisti iam
fecimus magnifice ... Vale

ac Boyos et gallos in suburbiis ubi mediolanum ticinumque
urbes sunt. Sed quid longius feror. Tibur atque Tusculum
et Preneste. Ea que suburbia urbis Rome bellorum causas
ac materiam prebuere. ac non semel tantum urbi insultarent sed
inimicis hostibus auxilium ac receptacula prebuissent. Adde hoc Veyos
vix decennio dirutam. Crustumerie fidene falisci ardea pha-
leri, subacti vi capta Neapolis capuaque brundusium et coriol
et fregelle et Sora et algidum et corniculum ac Satricum
et Bouille et verule et fesule unde patrie mee fundamenta
fluxerunt piget fateri magis patria quidem est ut ea patria-
lese lede robustissimeque auctoritatis mihi arduum sit tenere ac vix tam
pubescentem recipere nisi annales parui essent. Adde Siracusana
obsidionem longam atque difficilem clarissimeque urbis interitum. qui
Ducem quoque hostium ad consciscendam lacrimas compelleret. Adde
firmum atque Asculum et Picenum esse perdomitum Vestinosque et
Marsos et Pelignos interque tot externos conflictus intesti-
nas domi seditiones et Senatus insolentiam et tribuniciam rabi-
em et turbulentissimos agrarie motus ut reliquos sileam quos
enumerare non sufficio. Adde postquam res ad unius imperium
redijt coniurationes innumeras et quotidianas licet frustra petitum
insidijs augustum caput ut omittam qui veneno vel
gladio periere. Adde famam perusinam et obsidionem muti-
nensem et desertorem colonie cremonensis que ... fuerat
mihi paucas fidelissimas quarum paulo ante memineram
longum mihi historie iter arripui sed subsistam. omnis
enim etas successoribus Italicis ac desertionibus plena est ut
forti animo et veterum memorie nil possit insolitum videri
ut quod mihi ipse dicam et ex ipso nature communio superfluum videatur.
Quod Virgilius ait quondam Pompeius bellis quam frementem
Italiam. Talis enim ambitio fuit. talis hodie est talis ad
extremum erit. Illa vero nunc valida remoratur. Quid hic pau-
pertas grave tu Cesar aut quid pauper est qui alios ditat et
alios pauperes facit et divites. Pauper sum. et Julius ante im-
perium pauper fuit post imperium vero dives. Nec enim libera-
lius victoria usus est ut ait Anneus Seneca nichil sibi
retinuit preter dispensandi potestatem. Pessime pauper sum
multos in bella impulit paupertas multis ditior dedit
Prestinum et adversarius dives sit. Divicias sepe viris
fortibus bellum facit. ad monet paucitas meorum contra
bellum paratos. Terret fama vulgaris quotidiana mihi maior
rerum aliquid magnum est nomen et sepe fama terribilior quam
conspectus. Opinio rem non mutat. quod tui nequeunt
oculi tuorum videt. Non quia verecundiores sed quia propinquiores
multos de longinquo venientibus metuenda propinquantibus

apparatu vel ducatu terre quam mulcta et toga equitem strepitus si for-
san ter vocatum exaudies. et ut quem non potes aliter
in his literis animum meum cernes. Maluissem tibi posse cum tuis
legionibus obvia esse. Imparem faciam quod non debui ac ita
exhortationibus omnino neque iam satis scio quid ultra loquar
neque enim si hoc non suffecit quid ex me sufficere possit in-
telligo. In te magnanime Cesar. In te nunc est deus ergo
ille quem speravimus nobis et alsgenti iuste successurum
si iste forsan extinctus est ne quaque flammis incentivum
in nobis vis virium est sed in hac parte velocitate inviter
vera non addere. Excitare illa potest exhortatio non dare.
Itaque michi amplius dicendum non superest nisi quod tonum necessarium
vis est dicta consilio cesar esset si michi licentia et e-
tiam non mutu consultasse consilium sit. Vale nono Kal.

Decandris ad Nicolaum Sigeros pretorem
grecorum gratiarum actio pro transmisso Homeri libro

Olim animum clarum munusque ut decuit fuit opinatum non
homines ... et qualis quisque sit ex
actione qualitate consperi. Singulare aliquid te
decebat. Nempe singularis es vir et ab arte sermonis vul-
gari tota intentione remotissimus. Si certe virum e ipso fecisti
ut aliquid nunc aut implesse magnifice quod tuum erat unque
animi et scientia et ingenium declarasti. Misisti enim ad me
de europe ultimo dona quo nunc vel dignius te vel mihi gra-
tius vel re ipsa nobilius mittere potuisses. Magnus ille
rex Syrie Anthiochus ut quidam putant sive ut Cice-
roni placet rex Pergamenorum Attalus post superatum ma-
gnificentissima dona usque ad Scipionem misit ex Asia
que ille vir clarissimus non abscondit sed ut ait ... in-
spectante suscepit exercitu. Cuius avus Africanus ille su-
perior insignia munera Massinisse regi legitur donans
se virtutis obtinuit. quia romanum exercitum cum e-
admodum in bello iuverat fecere idem sepe alii. neque
enim modo publicas privatasque magnificentias enumero sed
attingo aliquas quarum recordatione facile quod sum dic-
turus intelligas. Donat aurum quidem vel argentum co-
pisales forte sed ... preciosissimas terre fecerit. Donat
spolia rubri maris et alge divitis eximios lapillos
gemmasque cometarum in morem sepe lugubre prestans
ac sanguineum rutilantes. Donat monilia et baltheos
fulginosorum dentis artificum. Donat speculum opus
architectorum artes et mentia. Tu vero vir optime mihi
hoc quo et opulentia largientis ostenderis et accipientis
avaritia irritaret. Quid igitur: rarum munus et conus

Nunc tamen longum tempus excuderam ad hunc quod virorum talium fortunam doleo sed non mea culpa. nec id te pateat, non me secretam vitam a Ciceronis extra tempus divinare propositum, ne te duas lites misceam, de Cicerone nunc agitur quem vigilantissimum patrem tunc novi, quod quod variam in amicitiis animi et ex levibus causis alienationes gravissimas atque pestiferas sibi et nulli rei utiles in discernendo insuper suo ac publico statu iudicium reliquo illi suo impar ingenium ad postremum senectuti iuvenile altercandi studium in sene non philosopho non laudo, quorum scito neque te neque alium quelibet cognitum iudice fieri posse nisi omnibus Ciceronis epistolis unde ea liquescit ortum non a transcursu te perlectis. Vale iiii° ydus Mayas ex itinere

Franciscus Ciceroni suo salutem. epistolas tuas diu multumque perquisitas atque ubi minime rebar inventas avidissime perlegi. Audivi multa te dicentem. multa deplorantem multa variantem marce Tulli. et qui iam pridem qualis preceptor aliis fuisses noveram nunc tandem quis tu tibi esses agnovi. unum hoc vicissim a vera caritate profectum non iam consilium sed lamentum audi. ubicunque es quod unus posterorum tui nominis amantissimus non sine lacrimis fundit. O inquiete semper atque anxie vel ut verba tua recognoscas. O preceps et calamitose senex. quid tibi tot contentionibus et prorsum nil profuturis simultatibus voluisti. ubi et etati et professioni tue et fortune tue conveniens otium reliquisti. quis te falsus glorie splendor senem adolescentium bellis implicuit. et per omnes iactatum casus non indignam philosopho mortem rapuit. heu et fraterni consilii immemor. et tuorum tot salubrium preceptorum ceu nocturnus viator lumen in tenebris gestans ostendisti secuturis callem in quo satis miserabiliter ipse lapsus es. Omitto dyonisium. omitto fratrem tuum ac nepotem. omitto si placet ipsum etiam dolobellam. quos nunc laudibus ad celum effers. nunc maledictis repentinis laceras. fuerint fortassis hec tollerabilia. Iulium quoque Cesarem preterea velior cuius spectata clementia ipsa lacessentibus portus erat. Magnum preterea pompeium sileo. cum quo iure quodam familiaritatis quidlibet posse videbare. Sed quis te furor in anthonium impegit. amor credo reipublice. quam funditus iam corruisse fatebaris. quod si pura fides si libertas te trahebat. quid tibi tam familiare cum augusto. quid enim bruto tuo responsurus es. Siquidem inquit octavius tibi placet. non dominum fugisse sed amiciorem dominum quesisse videberis. hoc restabat infelix et hoc erat extremum cicero. ut huic ipsi tam laudato maledicens qui tibi non dicam malefaceret. sed male facientibus non obstaret. doleo vicem tuam amice. et errorum

Nunc autem miseret, iamque tum eo Bruto his artibus nil tribuo
quibus te instructissimum fuisse scio. Nimirum quid enim iuvat alios docere,
quid ornatissimis verbis semper de virtutibus loqui prodest, si te interim
ipse non audias. Ah quanto satius fuerat philosopho presertim in tranquillo
rure senuisse, et de perpetua illa, ut ipse quodam scribis loco, non
de hac iam exigua vita cogitantem, nullos habuisse fasces,
nullis inhiasse triumphis, nullos inflasse tibi animos Cathilinas. Sed
hec quidem frustra. Eternum vale mi Cicero. Apud superos, ad dexteram
Athesis ripam, in civitate Verona transpadane Italie,
xvi kalendas Quintiles. Anno ab ortu dei illius quem tu non noveras
1377

Franciscus Ciceroni suo salutem. Si te superior offendit
epistola, verum est enim ut ipse soles dicere quod familiaris
tuus in Andria: obsequium amicos, veritas odium parit, ac-
cipe quod offensum animum ex parte mulceat, ne semper odiosa sit ve-
ritas. Quoniam veris ~~laudibus delectamur~~ reprehensionibus irascimur, veris
laudibus delectamur. Tu quidem, Cicero, quod pace tua dixerim, ut
homo vixisti, ut orator dixisti, ut philosophus scripsisti. Vitam tuam
ego carpsi, non ingenium, non linguam, ut qui illud mirer, hanc
stupeam; neque tamen in vita tua quicquam preter constantiam requiro, et
philosophice professioni debitum et quietis studium, et a civilibus bellis
fugam, extincta libertate ac sepulta iam et complorata republica,
ut aliud tecum agito, actu tamen quanto mollius in loco, sed expresse
in libro de finibus agebas. Pluribus enim verbis vitam probas. Video
ingenium. Ego in te nichil video vite causa tue comparator, ut dixi,
ingenio gratulor, eloquio vero, o romani eloquii summe parens, nec
solus ego, sed omnes tibi gratias agimus, quicumque latine lingwe floribus
ornamur; tuis enim prata de fontibus irrigamus, tuo ductu direc-
tos tuis suffragiis adiutos, tuo nos lumine illustratos intelligimus
proficimus; tuis denique ut ita dixerim auspiciis ad hanc quantula-
cumque est scribendi facultatem ac propositum pervenisse accessit et
alter poetice vie dux. Ita enim necessitas poscebat ut esset et
quem solutis et quem frenatis gressibus premitem sequeremur,
quem loquentem, quem canentem miraremur, quoniam tu bona venia
amborum neutri ad utrumque satis erat. Ille tuis equoribus, tu illius
impar angustiis. Non ego primus hoc dicerem fortasse quamvis plane sen-
tirem, dixit hoc ante me seu ab aliis dictum scripsit magnus quidam
vir Anneus Seneca Corduben[sis], cui te ut idem ipse conqueritur non etas
quidem sed bellorum civilium furor eripuit. Videre te potuit sed non vidit, mag-
nus tamen operum tuorum atque illius alterius laudator, apud hunc quisque

Divus eloquentie fontem etiam scriptis tollere suo cedere iubet, in reliquis
vero expectatione torqueor, quisnam dux ille sit quis, nosti hominem,
si modo nominis meministi, Publius Virgilius Maro est mantuanus ci-
vis de quo egregie vaticinatus es. Tu ut scriptum legimus iuvenile
quoddam opus eius, opusculum miratus quesivisses auctorem, eumque
iuvenem iam senior vidisses, delectatus es. et de inexhausto eloquen-
tie tue fonte cum propria quidem laude permixtum, verumtamen preclarum
ac magnificum illi testimonium reddidisti, dixisti enim magne
spes altera Rome quod dictum ex ore tuo auditum adeo sibi placuit
inseditque memorie ut iam post annos xx te iam rebus humanis exemp-
to divino operi suo eisdem penitus verbis insereret. Quod opus si tibi vi-
dere licuisset, letatus esses de primo flore tam certum te venturi
fructus presagium concepisse nec non et latinis congratulatus musis quod
insolentibus graiis vel reliquissent ambiguam vel certam victoriam
abstulissent. Utriusque enim sententie auctores sunt, te si ex libris animum
tuum novi quem nosse mihi non aliter quam si tecum vixissem videor ultime
assertorem futurum neque in oratoria dedisti. Sic in poetica palmam
latio daturum atque ut Eneidi cederet Ilias visurum fuisse non
quod iam ab initio virgiliani laboris Propertius asseverare non timuit,
ubi enim pieridum operis fundamenta contemplatus est, quid de illis sentiret.
et quid speraret aperte pronuntiavit his versibus. Cedite romani scrip-
tores cedite graii, nescio quid maius nascitur Iliade, hec de altero
latine duce facundie magneque Rome spe altera nunc ad te revertor.
Quid de vita quid de ingenio tuo sententia audisti, expectas audire de
libris tuis quenam illos exceperit fortuna, qua seu vulgo seu
doctoribus probentur. Extant equidem preclara volumina que ne di-
cam perlegere sed nec enumerare sufficimus, tuarum rerum fama celeber-
rima atque ingens et sonorum nomen, perrari autem studiosi seu temporum
adversitas seu ingeniorum hebetudo ac segnities seu quod magis arbitror.
alio cogens animos cupiditas causa est. Itaque librorum aliqui nescio quos
an irreparabiliter nobis tamen qui nunc vivimus nisi fallor periere, dolor
meus magnus, seculi nostri pudor, magna posteritatis iniuria. Neque
enim satis infame visum est ingenia nostra negligere, ne quid inde
fructuosum perciperet sequens etas nisi laborum etiam vestrorum fructum crudeli
prorsus et intolleranda corrupissemus incuria profecto namque quod
in tuis conqueror et in multis virorum illustrium libris accidit. Tuorum
sane quia de his nunc mihi sermo erat, quorum insignior iactura est, hec
sunt nomina reipublice, rei familiaris, rei militaris, de laude philosophie,
de consolatione, de gloria, quamvis de his ultimis spes magis mihi du-
bia quam desperatio certa sit. Quin et superstitum librorum magnas partes
amisimus ut velut ingenti prelio oblivionis et ignavie superatos

Duces nros non extinctos mo, s3 cunctos qz vel pditos sit lugere,
hoc eni et in alijs multis. s3 in tuis maxime oratorijs atqz acha-
demicoz et legum libris patim. q ita cunctati fedatiqz cua sent
vt ipe melius fuit pijsse, Reliqm est ut urbis rome ac romae
reipu^te statum audire vel. q pate facies q tuum concordia.
ad quos rerum suma pvenit. quibq manibq. qnto qz consilia fee-
na cratem imperij, Hister ne et ganges. hijbnq Nilus et ta-
naijs limites nri sunt An vo quisqz surrexerit impio occeano
fama timmet. astus ut super et Garamatas. et indos proferat
imperiu vt amicq ille tuus mantuanq ait, hec et hiis similia
cupidissime auditurum te auguror. id mi pietas tua suggereret
et amor erga priam. vsqz in tua pnuie notissimq, Verum eni
vero tacere melius fuit Crede tame m Cicero. si quo in statu
res nre sint audieris excident tibi lacrime qualibz vl celi vl
herebi ptem teneas eterni Vale apud superos ad sinistram
Rodani ripam transalpine gallie ano eod xiiij klas Januarij

Franciscus anneo senece Salutem, poetitaz a tanto viro
impetraturumqz veniam velim si qd asperius dixero. qz a
professionis tue reuerencia decedat aut quieti debitum
sit sepulcri Cum eni me M. Ciceroni. que latine eloquentie
lium ac fontem teste te dixerim, non pepercisse legit. si reliquis
itidem vera loquens no pepercero indignationis iuste mcaz no hebit
Iuuat vobiscum viri illustres qualium omnis etas penuriaz passa
est. mea vo ignorancia et extre^m defectum patitur. itce ego quot-
tidie vos alloquentes attentius qz credi possit audio, forte no im-
pbe. ut ipe a nobis semel audiar optaueri Inter omnia quid cla-
nomica tuu nome annunand esse no sum nescius Idqz si aliunde
nescia magno quodam et extho teste cognoui, plutarcus siqz
grecus homo et traiani principis magr sonos claros nris qferens
tum plom et ar ph. quoz pm diuini. scdm demoni grecum no-
tant M varrone Omero. virgilium demostem M. tullium o-
bietissz. aussq est ad postremum et ducum concionsiaz mone, nt eni
tanti saltem discipuli veneratio cointuit in vno sane sit suoz
ingenia presus impacia. no erubuit qfiteri, qd qz tibi exequo
in moralibus preceptis obijciunt. no habent, laus ingens ex ore
prestum homis atosi. et q nro Julio cesari sum allexa mate-
donem qpassz Bz nescio quo. sicut corpoz sit atoz ergeciad
formas. aliqua sepe granis inuria ne variant insit sine
vp omni parcens pfectus mortalibus inuidz. coqz inqr. ex ad illa

Propius videtur attende · sine qd mt multa decora deformitas appa·
ret · et qd in obscura facie fatalis vero esset · in preclara civitate
feda est, tanta lux in rebus vestri te generacionis geritur Tu
vero venerande vir et morum · si pluribus credimus incopa·
bilis preceptor errorum vite tue · si non molestum est meum recogi·
te omnium seculorum crudelissimum principem invidisti et tranquillus
nauta preciosis mercibus onustam navim ad infame et pro·
cellosum scopulum appulisti Cur autem illuc hesisti queso te · an
ut ubi in tempestate aspera magisterium apparares, si sic nemo
nisi amens eligit Neque enim ut fortis est pericula petere sic prudentis e
optare periculum qui etiam si libera prudencie relinquitur electio,
ociosa semper erit fortitudo, nil enim incidet adversus, quod illius
auxilium implorandum sit, sic modestia potius suis utens partibus ·
et leticiam frenabit · et vota moderabitur, sed quoniam innumerabiles
tamen eveniunt et multa fert vita hominum quibus et consilia nostra
vincuntur, ideo virtus in preruptis fixerit opposita fortune, non quod
secundum electionem ut dixi · sed secundum necessitatem inevitabiles et feras
leges, at ego nunc satis sanus videar · si diucius tecum nunc virtutis
de virtute disputem · et probare nitar · id cuius contrarium probatio
impossibilis sit, constat profecto vel te indice · vel quolibet, qui inter
huius vite fluctus mediocriter navigare didicerit, non fuisse con·
silium fatibus here · quod si laudem ex difficultate captabas · id ipsum
sine laudis erat · emergere et in portum aliquem salva parte con·
fugere Impendentem enim tuis cervicibus gladium videbas, nec tene·
bas · nec tam rei anticipare exitum providebas · prostim, quam quod mo·
riendi miserrimum genus est · intelligere poteras morte tua · et funditus
quoque et gloria tacituram, vereris o miserabilis senex · hominis
in manu, qui quod quod vellet posset · nil nisi pessimum velle posset Su·
mo iam a prima eius familiaritate deterritus vigilans, deum
multiplicibus argumentis fidem turbare quietis acceperas quod ipse
tibi cum his laribus tam diu, quod cum humano cruento discipulo, quod
dissilio comitatu · videbis effugere volui · sed nequivi, et illum Cle·
antis versiculum pretendes, quo in latinum verso uti soles ducunt vo·
lentem fata · nolentem trahunt Illud insuper proclamabis · nolu·
isse te opibus tuis renunciare · ut vel si laqueum vertat abrumpes ·
teque in tutum ex tanto naufragio vel nudus eripies, rem et veteribus
historiis notam et michi ipsi illorum vestigiis incedenti · haud quam
quam silencio pretermissam · verum ibi palam loquens saepe secretiora contimui
Nunc autem quoniam ad te unum michi sermo est putasne silebo · quod
indignatio vitasque suggesserunt, adde nimio et attendes propius, ne
qua extra auris interveniat, sentias non nobis etatem rerum tuarum

Notitiam abstulisse, testem nempe tacitissimum habemus qui de summis viris
agens, nec metu flecti nec gratia Suetonium Tranquillum. Is ergo
quid ait. avertisse te Neronem a cognitione veterum oratorum quo
in tui illum admiratione diutius detineres. Illi igitur pectori carus
esse studuisti, cui ut fieres vilis et missione dignus haberis vel
simulato te vel etiam accersito lenitatis vitio cavere debueras
Prima hec insaniarum tuarum radix ab omni levitate, ne dicam vanitate
profecta. Inane studiorum gloriam dare senex nimis molliter,
dictam ne turpius pueriliter concupisti, ipsiusque ad immunitis se
magisterium afferebas, fuit vel iudicii vel erroris vel fati culpa
quamvis excusationes studiosius occupas et culpas tuas in fata re-
flectimus votum hoc iudicii tui fuit, non potes accusare fortunam
quod optaveras invenisti, sed quo pergis. an miser prodigium magnatorum
tui vesanum iuvene eo usque perduxeras ut nulla libertatis accomme-
datius occasio superesset. Cuius non equanimiter pati poteras iugum quod
sponte subieras. et hoc saltem prestare, ne dum tui nomen
in mortalibus maculis insignires, non enim ignorabas tragediam
omne genus scripti gravitate vincere ut ait Naso. Haud tu
quam mordaciter quam venenose quam acriter in illum scripseris notum
est. ut est animus verbi veri impatiens. et eo iniuriosius quo vig.
nisi forsan illa opinio vera est quod tragediarum non te illarum,
sed tui nominis alium velit auctorem. Nam et duos Senecas Cordubae
habuisse Hispani et testes sunt et Octavie, id enim tragedie
illi est nomen locus aliquis hanc suspicionem recipit, quam si sequimur.
quod ad rem attinet, expers tu culpe huius. quod ad stilum nichil.
ille te inferior quisquis est. tuo licet secundus. at nomine ita quod
tum more demitur infamie, tantundem ingenii fame detrahi
oportet, alioquin excusatio nisi fallor famosi carminis nulla est, non
quod ego nullam. Vel imperii vel sermonis acrimonia nephan-
dis actibus equari posse hominis rear, illius si modo hominis nomine tam
terrer inhumanitas digna est. Unum tamen unde te deterret scribe-
de imperatore id subiectum. de domino familiare. de discipulo precep-
torem, postremo de illo. cui tam multa blandiri. ne dicam
blandiendo mentiri. solitus eras. Clementiam relege. que ad po-
libium de consolatione dictasti. si vel libro vel librorum memoria
lethei gurgitis unda non obruit, pudebit credo laudati discipuli
qua enim fronte de tali. talia scripsisse potuis ignoro. Certe
ego illa. sine pudore non relego. Quamquam hic rursus occurres. et ado-
lescentiam principis atque indolem multum spei melioris presentem
obiciens. errorem tuum repentina morum eius mutatione tuebere.
Que hec nobis ignota sint; unum ipse considera, quod sit excusabile paucula

Personatus principatus opusculo. vel simulate pietatis notulas obli-
quasse animum atque iudicium tibi tali viro tali etate tanta rerum
experientia ac doctrina. Quod enim oratio tibi placuit. ex illo arguitur.
quod ab historicis. ut eorum verbis utar partim nulla reprehensione,
partim non mediocri laude memorentur primi. Postquam se totum
in scelera et probra demergeret. an aurigandi. an citharizandi
studium. quibus tam curiose deditum accepimus ut sceleratus ille to-
tam seruis ac plebe sordida denique et in publico vniuerso populo
spectante princeps auriga deberet, et qui vnum aliquid oblatam
citharam sibi adoraret egregius citharista, quibus tandem sue
tessionibus euectus et velut italicis non contentus ingeniis achaiam
petiit. et grecorum musicorum adulationibus inflatus. solos illos
studiis suis dignos asserunt, Ridiculum monstrum. ferox belua. an
id omen [illegible] matris simul ac religiosi principis habuisti. quod
barbe primitias et illas [illegible] eximias in capitolio con-
secrauit, hii tui sunt atque Neronis tui Seneca. ea etate. quam his-
torici adhuc eum inter homines numerat. tu iam inter deos non
laudante nec laudato dignus [illegible] coronis inserere, et tuus an
te pudeat nescio. sed me pudet, optimo principi diuo augusto preferre
non dubitas, nisi forte id maiori gloria dignum putas. quod christianos
homines [illegible] scelestos et innoxios ut sibi videbatur et suetonio
referenti superstitionis noue ac malefice suppliciis affecit. omnis pietatis
persecutor atque hostis ~~crudelissimus~~ crudelissimus. Ego quid de
te ista non suspicor. cogor pro magna [illegible] tuum miror, Nam et
suspiciosa illa fernicula [illegible] ac vana sunt. et vltimum hec nefarium
est et inane. et ita tibi visum vana quidem epistolarum tuarum ad
apostolum paulum nomine inuitus fateor. neque tibi videri potuisse.
aliter ergo sum Illius tu sacre ac celestibus monitis aurem non
neganti oblatam quam diuitiis amiciciam complexus. quam vtinam arctius
tenuisses nec diuelleretis in fine. ut cum illo pectore veritatis.
pro veritate ipsa et pro eterni premii promissione tantique promisso-
ris pro nomine moreris. Sed progressus sum longius dicendi im-
petu. et intelligo me ad hec exaranda serius processisse. quia ut
illa tempestiue scriptis spes appareat. Eternum vale. Vale apud
superos in gallia cisalpina ad dexteram Padi ripam kalendas
sextilis. Anno ab ortu eius. quem tu vite honoris nictu [illegible]
Millesimo CCC. xlviii

Franciscus Marco varroni salutem, ut te amem ac ve-
nerer tua me singularis virtus et industria tuum me cla-
rissimum nomen cogit. Sunt quos beneficiis ac meritis adhuc

Quin ceteris conspectu et odore suo inter offendentibus ipsi
doctrinis instruunt exisque delectant. quique licet hinc abierint in
communem locum ut ait plautus, tamen absentes prosunt presentibus,
tu nil aut modicum prodes, non tua quidem sed omnia corrumpentis
evi culpa. etas nostra libros tuos perdidit. quid mirum nunquam numorum
custodie studiosa. quibus usque invise rei custos bonus fuit, tu
notitie rerum supra fidem deditus nec ideo actuose vite semi-
tam declinasti. utroque calle conspicuus et illis summis viris,
magno pompeyo ac julio cesari mito tuo carus. itaque sub
altero militasti ad alterum scripsisti libros mirabiles. omnisque
discipline refertissimos inter bellorum ac publicorum munerum du-
rissimas curas. Magna laus non ingenii modo sed propositi in actu
perpetuo corpus simul atque animum habere et posse et velle non
etati tue tantum sed omnibus seculis prodesse. heu tanto studio ela-
borati libri digni non sunt habiti qui per manus nostras ad pos-
teros pervenirent, ardorem tuum nostra vicit ignavia, nemo tam
parcus pater unquam fuit cuius non longeva parsimonia brevi
tempore filius luxuriosus possit evertere, quid nunc libros perditos e-
numerem. quot librorum tuorum nomina totidem fame nostre sunt vulnera
prestat igitur siluisse. Nam et contrectatione vulnus recru-
descit et sopitus dolor damni memoria excitatur. Sed
incredibilis fame vis, vivit nomen sepultis operibus, et tu
de varrone preter nil appareat. doctorum tamen omnium consensu
doctissimus varro est. quod sine ulla dubitatione marcus cicero
his ipsis libris in quibus nil affirmandum disputat. affirmare
non timuit, ut quodammodo luce tui nominis perstringente oculos.
videatur interim dum de te loquitur sui principalem propo-
situm non vidisse. quod ciceronis testimonium quidem latinitatis
angustiis includit. apud quos romanorum doctissimi nomen
habes, alii ut grecorum metas extendunt precipueque lactantius
vir ex nostris eloquentia et religione clarissimus qui nullum var-
rorum doctorem, ne apud grecos quidem vixisse non dubi-
tat. sed inter innumerabiles ptones tuos famosissimi duo sunt.
Primus est ille tuus supra mentionem feci conterraneus et equalis
et discipulus tuus Cicero. qui multa tibi et cui tu multa dicata
ex rethoris precepto rationem officii scripsisti, tunc ut roma-
tora sint opera. stili forsitan dulcedo prestitit. Secundus
vir quidem sanctissimus divino ingenio Augustinus origine Afer
eloquio Romanus cum quo utinam de libris divina tractantibus
deliberare potuisses, magnus nempe theologus futurus qui ea
quam poteras theologiam tam scrupulose tractasti tam anxie

